# OBSERVATIO CCXLI.

## *Declaratio Statuti Provincialis Herbipolenſis Part. 3. Tit. 104. §. 10.*

CUm inter alia Statuta Provinciarum Germaniæ breviora, etiam Herbipolenſe adjunctum fuerit Continuationi noſtrarum Obſervationum, ob ejus non tantum raritatem in typo, ſed etiam frequentem uſum, non debuit prætermitti exemplum notabile, quo declaratio aliqua Statuti in Judicio Camerali per Sententiam fuit firmata.

*Sententia publicata 16. Maji 1732.*

IN Sachen Anna Maria Precemederin Appellantin eines/ wider die Precemederiſche Creditores Appellaten andern Theils: Iſt allem Vor- und Anbringen nach/ inſonderheit auch in Conformität des in [24] übergebenen Fürſtlichen Edicti de Anno 1700. zu Recht erkannt/ daß durch Richter voriger Inſtantz wohl geurtheilet/ übel davon appelliret/ dahero ſolche Urtheil zu confirmiren und beſtättigen/ folglich dieſe Sache ihrer Beſchaffenheit nach/ und mit derſelben die Roſſartiſche Erben/ der von Mertzenfeld/ und die Wittib Marſchallin genannt Margräfin/ an beſagte vorige Richter zu remittiren ſeyen/ als wir hiermit confirmiren und beſtättigen/ auch remittiren: die Gerichts-Koſten bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht derentwegen auf-

aufgeloffen / aus bewegenden Urſachen gegeneinander compenſirend und vergleichend.

*Copia* **Fürſtlich-Würtzburgiſchen** *Edicti de Anno 1700.*

DEmnach der Hochwürdigſte Fürſt und Herr / Herr Johann Philipp / Biſchoff zu Würtzburg und Hertzog zu Francken / vor Zeit der angetrettenen Hochfürſtlichen Regierung mehrmalen wahrnehmen müſſen / was maßen aus ungleicher Außlegung der Land-Gerichts-Ordnung / benanntlich aber derſelben in Part. 3. Tit. 102. und mehr folgenden enthaltenen Conſtitution und Satzung / wegen deren von den Ehemännern ohne Wiſſen und Einwilligung der Weiber geſchloſſenen Contracten, ſich gar viele Ungemach und ohnnöthige Strittigkeiten hervorgethan / indem von Dero Beamten ſowohl als andern Inſtantzien und Gerichten zum theil hat dafür gehalten werden wollen / wie dann auch bereits in Urtheilen darauf reflectiret worden / daß alle und jede Bürgſchafften / Kauff und Verkauff / ſamt andern dergleichen Veräußerungen / in welche ſich ein Ehemann ohne des Weibes Wiſſen und Einwilligung / in denen liegenden Güthern / die ſie durch Vererbung / oder auf eine andere Weiße miteinander gemein haben / einlaſſen / null und nichtig ſeyen; Als wollen Hochgedachte Seine Hochfürſtliche Gnaden / zu Abſcheidung und gäntzlicher Aufhebung ſothaner Unrichtigkeiten / hiermit und in Krafft dieſes gnädigſt / daß es deßwegen bey Land-Gerichtlicher Diſpoſition künfftighin ſein beſtändiges Bewenden haben / und derſelben gemäß all dergleichen Contracten zwar gültig und verbindlich ſeyn / wo aber ſolche zu des Weibs mercklichem Schaden und ſchwehren Nachtheil gereichen würden / dieſer frey und unbenommen ſeyn ſolle / ſothane Læſion, welche zur Zeit der geleiſteten Bürgſchafft und vorgenommenen Veräußerung würcklich zugegen geweſen / und nicht erſt aus denen nach der Hand ſich etwa begebenen Zufällen ent-

entſtanden / vor dem gehörigen Richter / jedoch daß ſolches innerhalb 6. Wochen von Zeit der Wiſſenſchafft des Contracts ohnfehlbar geſchehe / klagbar anzubringen und zu erweiſen / welchenfalls der Richter den Contract hinwiederum zu reſcindiren / mithin das Weib auſſer Schaden und Nachtheil zu ſetzen hat. Zu dem Ende mehr Höchſtgedachte Seine Hochfürſtliche Gnaden ſämtlichen Dero Gerichtern und Beamten gnädigſt befehlen / hierauf künfftighin jederzeit zu reflectiren / und gegenwärtiger Hochfürſtlicher gnädigſter Verordnung gehorſamſt nachzuleben. So geben und geſchehen auf Unſerm Schloß Marienberg ob Würtzburg den 28. Martii 1700.

(L. S.)

## OBSERVATIO CCXLII.

### *De Requiſitorialibus Literis, Continuatio Obſervationis CXX.*

EXemplum Requiſitorialium Literarum ad Cameram Imperialem à Curia Feudali Brabantina exaratarum Obſervatione dignum hic inſerimus, absque cauſæ præjudicio, quæ definitionem hoc quo ſcribimus tempore nondum habuit.

*Illuſtriſſimi Domini Judex Cameralis, Præſides, & Aſſeſſores Cameræ Imperialis Wetzlarienſis.*

PEr Libellum ſupplicem præſentatum ſupremæ huic Curiæ Feudali die & menſe infra ſcriptis, expoſitum nobis fuit ex parte *Joannis Adami Weynants*, civis Aquisgranenſis, & Secretarii Curiæ Feudalis ſubalternæ, quæ Aquisgrani reſidet, quatenus coram nobis litem ſuſtinere coactus fuerit contra *Joannem*

*nem Paulum Lambriex* ad relationem Domini Paris Curiæ & Advocati Vlodrop in materia manutenentiæ reſpicientis officium Secretarii præfatæ Curiæ Feudalis Aquenſis, à qua relevant plurima Feuda in Ducatu Limburgenſi ſita, & quæ ex hoc capite ſubalterna eſt primo Curiæ Feudali Limburgenſi, & deinde in ultima inſtantia Supremæ noſtræ Curiæ Feudali Brabantinæ in principali hacce urbe Bruxellenſi reſidenti, in qua lite prædictus *Lambriex* ſuccubuiſſet prævia debita cauſæ inſtructione litis conteſtatione, & exhibito mandato ſpeciali ab eodem *Lambriex* ſignato & munito proprii ſui ſigilli appoſitione, ita ut ſuccumbens in cauſa principali etiam condemnatus fuiſſet in expenſas, damna & intereſſe, quæ expenſæ porrò taxatæ à nobis ac moderatæ fuiſſent per noſtrum Decretum taxationis de dato 3. Auguſti 1731. ad Summam Trecentorum Triginta & Duorum Florenorum Brabantinorum, quorum ſolutionem exponens obtinere non potuiſſet à condemnato, quantumvis ad hoc debitè & judicialiter interpellato, qui condemnatus ad id etiam compelli non potuiſſet viâ executivâ authoritate noſtra decernendâ, quia nobis non foret ſubjectus neque ratione domicilii, neque ratione bonorum, cauſa, cur exponens debuiſſet petere primo literas noſtras requiſitoriales ad omnes Judices, quas obtentas fruſtra & ſine effectu obtuliſſet non modò Scabinis Aquenſibus, in quorum territorio condemnatus ſuum teneret domicilium, ſed etiam Domino Abbati Cornelio-Monaſterienſi, ſub cujus Juriſdictione idem condemnatus bona poſſideret, idque potiſſimum ex hac ratione quod Dominus Comes de Manderſcheid-Blanckenheim Præpoſitus Eccleſiæ Regalis Beatæ Mariæ Virginis Aquiſgranenſis, qui præfatum Secretariatus officium condemnato contuliſſet, prævia ejus legitima collatione facta in exponentem, ejuſdem condemnati partes auctoritate ſuâ fovere pergeret poſtpoſita omni ratione & juſtitia ſouverenæ noſtræ ſententiæ, quæ exponentem prævia cauſæ cognitione in poſſeſſionem antefati officii manutenuiſſet, condemnando prædictum

dictum *Joannem Paulum Lambriex* in expenſas nimium temerè ab eo cauſatas, ita ut præmemoratus Comes de Manderſcheid-Blanckenheim abutens authoritate, qua polleret apud Sereniſſimum Electorem Palatinum, ad ſiniſtra ſua narrata à Principe hoc aliàs juſtiſſimo ſub- & obreptivè impetraſſet. Varia reſcripta dehortatoria ad præfatos Dominos Abbatem & Scabinos, Judices à nobis requiſitos pro executione antedicti Decreti noſtri laxationis, quibus reſcriptis præfatus Sereniſſimus Elector hos Judices feriò interpellâſſet, & dehortatus fuiſſet, ne requiſitorialibus à nobis expeditis in favorem exponentis ullo modo vellent deferre, prout iisdem etiam non detuliſſent, quo præpoſtero agendi modo nullatenus obſtante idem exponens pro ſecunda vice à nobis petere non dubitâſſet noſtras literas requiſitoriales ſpeciales ad prædictum Dominum Abbatem, quibus ſe delaturum non obſcurè ſignificaſſet, easque cum dicto Abbati, & ejus Judicio Cornelio-Monaſterienſi præſentâſſet, in ea forma & tenore quibus easdem exponenti conceſſimus Decima Tertia Septembris Anni proximè elapſi, ſperans fore, prout æquum eſſet, illis deferretur, nihilo tamen minus repulſam paſſus fuiſſet, non quidem ſtatim & directè, ſed eo ipſo, quo antefatus Dominus Abbas & prædictum Judicium Cornelio-Monaſterienſe detuliſſent appellationi per condemnatum interpoſitæ ad Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras à Decreto executivo, quod demum poſt plurimos ſumptus & continuam duorum annorum ſollicitationem expediri juſſiſſent in favorem exponentis intuitu ultimarum noſtrarum requiſitorialium, ita ut præmemoratæ appellationi planè delatum fuiſſet, ex tradita Appellanti ſubarrhationis ſcedula, & ſuſpenſa omni ulteriori executione, idque non obſtante, quod exponens rationibus evicìſſet clariſſimis, quod per ſpeciem quandam Juris Gentium in omnibus ferè Europæ Judiciis, Dicaſteriis, & Tribunalibus ſit introductum, ut Judex requiſitus ſtatim deferat requiſitorialibus Judicis requirentis, absque eo quod admittat ullam ex-

exceptionem merita cauſæ à requirente deciſæ concernentem, maxime verò ubi Jus reciproci ſive mutui compaſsûs in territoriis Judicis requiſiti & requirentis religiosè obſervatur, prout in Imperio Romano Germanico, non ſecus ac in Belgio, Auſtriaco in viridi ſemper fuit obſervantia, præcipuè in Ducatu Brabantiæ ubi ſententiæ in Judiciis Germanicis prolatæ à nullo non Judice Brabantino ſive Feudali ſive alio vigore requiſitorialium promptæ ac paratæ mandantur executioni, absque eo quod à tali executione ulla admittatur, aut fieri poſſit appellatio, multo minùs ipſa executio jam decreta tollatur, aut interrumpatur, quæ ſiniſtra procedendi methodus Judicium uſque huc requiſitorum exponentem eò redegiſſet neceſſitatis, ut innocens eſſet & manere deberet victima præpotentium ſuorum adverſariorum qui in id unicè incumberent, ut ipſum tanquam privatum, uxore & plurimis liberis gravatum ac tenui aliàs & mediocri fortuna inſtructum, opibus ſuis, potentia & auctoritate, quibus ubique viam juſtitiæ ipſi præcludere ſtuderent, omnino perderent, & ad incitas redigerent, cui pertinaci adverſariorum ſuorum ſtudio & propoſito, licet iniquitatis pleniſſimum foret, exponens tandem ſuccumbere deberet, niſi Supremâ hæcce Curia Feudalis ipſi expediri curaret in terminis fortiſſimis literas ulteriores requiſitoriales ad Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras, qui Supremam in Germaniâ exercitis Jurisdictionem, & quibus per conſequens præfati Judices requiſiti non ſecus ac cæteri inferiores ad amuſſim parere tenentur, ratio cur iterativè & debito cum reſpectu nos ſupplicaret pro literis requiſitorialibus ulterioribus ad præfatas Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras, idque ad hunc effectum, ut dignaremini per Mandatum Sine Clauſula aut alio quovis efficaciore modo jubere & præcipere antedictis Domino Abbati & Judicio Cornelio-Monaſterienſi conjunctim, & diviſim, prout & omnibus aliis Sacri Romani Imperii Judicibus ſubalternis requiſitis & requirendis quatenus ſine mora deferrent requiſitorialibus Souverenæ noſtræ

Cu-

Curiæ Feudalis expeditis & expediendis in favorem ſupplicantis, per conſequens, ut ſtatim mandari curarent debitæ executioni tam in mobilibus quàm immobilibus ad prædictum *Joannem Paulum Lambriex* pertinentibus antefatum noſtrum taxationis Decretum Tertii Auguſti 1731. cum expenſis ulterioribus à ſupplicante factis pro obtinenda ejusdem executione, necnon Sententiæ à nobis in favorem ejus pronunciatæ, ſive coram nobis, ſive in urbe Aquisgranenſi, ſive coram præfatis Domino Abbate & Judicio Cornelio-Monaſterienſi, ſimul cum omnibus damnis, expenſis & intereſſe ab eo tempore toleratis & adhuc tolerandis, idque non obſtante prænmemorata appellatione, & ſcedula ſubarrhationis inſecutâ, tenentes hanc appellationem, in quantum opus pro nullâ & non interpoſitâ, & feriò præcipientes prædicto *Lambriex* & omnibus aliis, quos hoc concernere poſſet, ut præmemorata omnia ita fieri patiantur ſub tali pœna, quam Cameræ veſtræ Imperiali placeret præfigere. Quibus omnibus conſideratis & facta nobis fide expoſitorum à ſupplicante, Illuſtriſſimas Dominationes Veſtras per præſentes requirendas exiſtimavimus, ex parte Sacræ Suæ Majeſtatis Imperialis & Catholicæ, quà Ducis Brabantiæ, & ex parte noſtra ſupplicandas, ut ſi illis conſtet de præfatis noſtris decreto taxationis de dato tertii Auguſti 1731. requiſitorialibus ad ſæpe dictum Dominum Abbatem de dato 13. Septembris ejusdem anni nec non de præſentibus, dignentur per Mandatum Sine Clauſula aut alio quovis efficaciore modo jubere, & præcipere antedictis Domino Abbati, & Judicio Cornelio-Monaſterienſi conjunctim & diviſim, prout & omnibus aliis Sacri Romani Imperii Judicibus ſubalternis requiſitis & requirendis quatenus ſine mora deferant requiſitorialibus Souverenæ noſtræ Curiæ Feudalis expeditis & expediendis in favorem ſupra memorati *Joannis Adami Weynants*, per conſequens ut ſtatim mandari curent debitæ executioni tam in mobilibus quàm immobilibus ad prædictum *Joannem Paulum Lambriex* pertinentibus antefa-

tum

tum noſtrum taxationis Decretum Tertii Auguſti 1731. cum expenſis ulterioribus à dicto *Weynants* factis pro obtinendâ illius executione, nec non Sententiæ à nobis in favorem ejus pronunciatæ, ſive coram nobis, ſive in urbe Aquisgranenſi, ſive coram præfatis Domino Abbate, & Judicio Cornelio-Monaſterienſi, ſimul cum omnibus damnis, expenſis & intereſſe ab eo tempore toleratis & tolerandis, idque non obſtante præmemorata appellatione, & ſcedula ſubarrhationis inſecutâ tenentes hanc appellationem in quantum opus, pro nulla, aut tanquam non interpoſita, ſeriòque præcipientes prædicto *Joanni Paulo Lambriex* & omnibus aliis, quos hoc concernere poſſet, ut præmemorata omnia ita fieri patiantur ſub tali pœna, quam Cameræ Veſtræ Imperiali placebit præfigere, atqui dum hæc in favorem Juſtitiæ reſpectivè requirimus, & ſupplicamus ad eadem prævié requiſiti nos pariter omni tempore paratos offerimus in omnibus ſimilibus occaſionibus, quæ ullatenus à noſtra poteſtate, & auctoritate dependere poterunt, hiſce Deum Ter Optimum Maximum rogamus, Illuſtriſſimi Domini Judex Cameralis, Præſides, & Aſſeſſores Cameræ Imperialis Wetzlarienſis, ut impertiri vobis dignetur Sanctam ſuam Gratiam. *Bruxellis hac Vigeſima Sexta Martii 1732.*

Locum tenens & Pares Souverenæ Curiæ
Feudalis Brabantinæ.

*Ex Mandato Illorum*

A. van den Boom.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXLIII.

## *De Feudis Cliviæ Ducatus & Comitatus Marcani, Illuſtratio Obſervationis CCXXXV.*

COpia Pacti ſolennis inter Ducem Clivenſem & Nobilitatem Patriæ de natura Feudorum aliisque Juribus initi Anno 1510. in idiomate Provinciæ tunc conſueto. Mentio fit hujus Pacti cum Confirmatione Sereniſſimi & Potentiſſimi Electoris Brandeburgici Friderici Wilhelmi vere Magni Principis, in Receſſu Provinciali Anno 1660. verbis:

So laſſen wir auch ferner / das den Ritterbürtigen in dieſem unſerm Hertzogthum Cleve und der Graffſchafft Marck Anno 1510. ertheilte Privilegium, und was darin inſonderheit von den Lehen-Güthern und deren Erbfolge / ſo wohl auf die Töchter als Söhne / item dem Elterlichen Vortheil der Kinder in Electìon der Häuſer / (welcher Vortheil der Kinder / zu folge des hergebrachten Gebrauchs / ſo wohl in Linea Collaterali und Succeſſion der Brüder und Schweſtern / als in Linea Deſcendente und Succeſſion der Söhne und Töchter ſtatt haben ſoll) darüber auch von den Adelichen Töchtern / ſo ſich ohne ihrer Eltern und Freunde Rath verheyrathen und entführen laſſen / diſponiret und verordnet / bey ſeinen Würden und Vigor unverrückt nochmalen verbleiben.

Welches wir auch ferner dahin erklären und erläutern / daß ſolche Töchter / welche ſich inskünfftige vorangeregter maſſen verheyrathen oder entführen laſſen / nicht allein von ihrer Eltern Erbſchafft in Linea Deſcendente, ſondern auch von den Brüder- und Schweſterlichen Güthern in Linea Col-

 late-

laterali, ipſo facto ohne Exhæredation excludiret / auch etwas loco Legitimæ ſolchen Töchtern außzugeben / die Eltern / Brüder oder Anverwandten nicht gehalten ſeyn ſollen / ſeynd auch die ſämtliche Ritterbürtige dabey gebührlich zu mainteniren und zu ſchützen wohlgeneigt.

WIr Johan und Johan Vader und Son / von GOtts Gnaden Hertog und Junge Hertog von Cleve / Grave von der Marck und von Katzenellebogen / don kundt / thügen und bekennen auermitz dießen openen Brieffe vor uns / unſere Erben und Nakomelinge / Hertogen von Cleve und Graven von der Marck ꝛc. und alle diegennen die na onſeren Tode de vorgeſchreven Landen to Handen kriegen mochten / oder beſittende worden / ſo ein Weltlich Hillig zwiſchen uns Johan elſten Son vorgl. und Maria Dochter des Hochgeboren Fürſten unſers Leven Bruders / Herren und Nevens / Herren Wilhelms / Hertogen zu Gülich und to den Berge / getedigt und geſchlotten iſt worden / welche Hillig ſich vaſt meinigerley Urſachen bißhero vertogen hefft / nemblich und principalich ſo wie und unſe Lande vaſt meinige Jahren in ſchwaren langen Feeden gehangen und verlopen ſin geweſt / dardurch wie unſe tolle Ampten / Gülden und Renthen hebben mochten verſetten / umb uns ſelves ock unſe Lande und Lude underſtan moſten / mit der Hulpe GOtts tho verdedigen und tho beſchudden / undt wie uns ſelveſt um Verlop / verſchreven nicht möchtigen waren vianden tho wederſtan noch den Hillig tho vullen trecken / durch Laſt undt Beſchwerung tho uns unſe Erven und Nakomelingen vorgl. grote Verkleinerung hedden mothen fallen lathen / darumb wy Riderſchafft / Stette und Unterdanen beide unſere Lande Cleve und Marck / Geiſtliche und Weltliche / niemand uthbeſcheiden / angeropen hebben / ſie hochlich beſchwert / und van Der begert ſe Anſehen willen de grote Verkleinerung / Schade und Achterdehl uns unſeren Landen

und

und Naekommelingen daran gelegen wäre; Da ſie uns nun nicht en wellen verlaten den Beiſtandt und Behulpe don / dat die Hillig ſeinen Vortganck gewinnen möchten / und uns to Behulpe und tho Stur kommen wolte / ſo / wie ſolchs bey uns ſelbſt keine Macht to doen en hebben / up welche unſer begerte Riddernſchafft und Stedde / und fort gemeine Landſchafft / beyde Geiſtlich und Weltlich / volle und männigerley ſich beraden hebben / und nicht gerne in ſolche Beſchwerung geven en hedden endlich unſe Laſt / Verkleinerung und anders angeſeen hebben / ſie ſich darin ergeven / dat ſie uns tho volbringen des Hilligs mit einem groten Geſett von Penningen uff Riderſchap und Stedden / och up eigen thobehörigen Lüden frie Gudere und Dienſtvolck tho Sture und tho Bate kommen wollen / umb diß unſer Ampten Renthen und Gülden tho löſen / och umb des Hilligs seinen Vortgang nemen und gewinnen mochten / das wi uns höchlich an ſie bedancken / ſo dergelicken in unſen Landen och bei Tiden unſer Vorvaren und Herrn nur vereiſchet geſeien offte gehöret worden / als unſe vorgl. Underthanen uns noch unſen Erven und Nachkommelingen ſolche Stur unde Gifften nicht ſchuldig ſeyn geweſt / tho den bekennen wey vor uns onſe Erven und Nachkommelingen offt wie die Lande to einiger Tidt beſittende wurden / dat wie tho alſulchen Stur undt Gifften gemerhande recht rede offt thogangen hedden / hebben ock dergelicken nicht mehr geſinnen / eiſchen / begehren / nemen / ock nicht don eiſchen / bidden offt nemen ſollen die vorgl. Stur und Gifft von Gunſt und um Laſt vorgl. nur geſinnet iſt worden; **Geloben** hierumb vor uns und unſere Erben und Nakomelingen / dat wie unſe Riderſchafft beide unſer Landen Cleve und Marck gegeven hebben / geven Geſetz und geordiniret dieſe **nachbeſchriebene** *Puncten* **to ewigen Dagen tho alſo halten und gehalten willen hebben** / und geloben / daß unſer Riderſchop vor uns / unſere Erben und Naekomelingen alſo tho hal-

halden und vollentrecken / und en rechte vollenkommene Warſchop tho doen nu und tho allen Tiden / ſo dick unſer Riderſchafft diß Nodt geböerden und geſinnende werden.

**Tho den erſten** / off einigen von unſer Riderſchafft Leinmann off Dienſtmann Gudere von uns und unſeren Naekommelingen to Lehne hedden / dar gene Söhne en wehren / den ſullen wie als billigk / ſo in verleden Tiden ſich mehr den Ens begeven hefft / dat unſere Vorvadere und Herrn ock wie unſe Riderſchap tho Dienſte hebben den vorſchrieven / und etliche von unſer Ritterſchap vurgl. in unſern Dienſten doth gebleeven / ſich derhalben höchlichen an uns beklagt und gebedden / ſeggende en elendig wehre wenner ein Fürſt und Herr ſie alſo tho Dienſt verſchrievende würde / und dieſelbe keine Söhne dan Dochter en hedden / und in Dienſte thon doth en bleven / ere Döchtere dan der Leyn-Gudere beravet und entervet ſcholde ſeien / were eine ſchwerelich und ungenüglichen eren Liff und Leven / eren Fürſten thot Entſterbniß ihren Kinderen na tho ſullen voren.

Dat angemerckt und umb reden vurgl. hebben weggegeven und geven / *confirmi*ren **und beſtättigen** vor uns / unſere Erben und Nachkommelingen unſer Riderſchap vurgl. öhren Erven und Naekommelingen / vermids duſen tegenwerdigen Brieffs / **dat wie die Lenes-Mans** und Dienſtmans Gudere / in watley Weyſe die vellich weren mochten / **willen lathen vallen** und kommen wermitz erbliche volginge **ſo wohl uff die Döchtere als up die Söhne** / und ſollen der Guder geine underhalden / ſie en werden uns dan von der Mannſchafft mit den Man-Gerichten thogewieſet / und wen ſolches geſchueten wehren / en ſollen wieder nicht langer under unß behalden dan Jhar und Dag. Und wehret Sacke dat binnen der Tidt Mans offte Frauwens kamen mit eren Männer quemen / und dey vaſte von blode dar beguemen / tho weren en ſollen noch en willen wider geinerley Wieß behalden / noch tot unſere Tafflen trecken / dan

dat

dat nechſte Blut als vorgl. mit den Lehn-Guderen begnädigen.

**Weret ock Sacke** dat einige unſer Riderſchoppen in andern Landen mit **eymans Schulden** halben / off andere Anſprache tho dan beyde off Krege / und ſie ſich deß vor unß / unßeren Erben und Naekomelingen von ſeß wecken the ſes wecken bis tho achtien wecken tho vyff / und ſo dan die beyde verfolge tho geiner uyt dracht offte rede gekomen en kennen / dat wie unſe Erven und Nakomelingen / alßdan unſer Riderſchap gegönt / gegeven / geconſentirt und confirmirt hebben / alſolche Gebrecke / wenner die achtien wecken uthvervolget weren / als vorgl. von und uth verſelves Huß und Hußen ſollen und mugen manen und vorderen / datho wie en ein günſtigen und gnädigen Fürſt und Herr / weſen / ſollen und willen / und vor Gewalt beſchirmen.

**Weret ock Sacke** einige von unſer Ridderſchopp / die wie vermeynten in einigen Gewaldt und Ungenadt zu ſtraffen verfallen weren / und ſich des beklagenden und erbedden vor unſen Reden / Ridderſchopp und Stede Freunde na unſer beweißliche Klage und Spracke / und dar unſer bewegliche Anwaldt Antwort ſullen und willen / wie ſtellen ahn vier unſer Ridderſchopp in denen Lande von Cleve / und an vier uyth dem Lande von der Marck / und an vier unſer offt unſer Erben offte Nakommelingen Reden / und an achten von den Stedden uth itlichen Lande vorſtellen / und offt et gewelle die vorgl. Perſonen twen / drie off vier ungefehrlich nun offt mehr weren / ſollen ſie doch darüber mogen erkennen und cleren / und ſo lange die Cleringe von den unſeren als vorgl. ſteet nicht geſcheiet en wäre / en füllen noch en willen wy unſere Erben / offt unſere Nakommelingen / offt eymans von unſertwegen / unſer Ridderſchopp an Lyff und Gebeude / ere Gudere / Renthe und Gulde nicht hinderen offte doen hindern / ſo lange von den vorgl. Reden to allen Delen keine Cleringe offte Ordel gegeven iſt worden / und wat uns als-

alsdan darvon ab⸗ oder thoerkannt wirdt/ ſullen und willen wie unß na halden/ ſchicken/ und hoher offt nedder ock nicht beſchweren/ noch beſchweren lathen.

**Ock ſin wi mit unſer Riderſchopp und ſie mit uns verdragen** und geſchlaten/ offt to einiger Tidt gewyle ſie um beſtade Vreunde offt Dochtere hedden/ offte kregen und up ihr berädt gangen/ oder in Cloſteren weren unvertegen/ und ſie buten eren Aelderen oder Freunde Rath ſich beſtadeden offent fuyren laten/ er ſye vererver worden/ denen ſollen von Aelderen/ Brüdere offte Freunde/ in dem Fall kein Guth folgen lathen/ then were Sacke/ ſie en van guder Gunſt wat geven wolden/ daß ſchollen wy einem günnen/ dan man ſchall den Cloſter⸗Junffern die beervet ſein/ na der Handt erer Aelderen/ und in Cloſter ſein unvertogen/ na Rade der neyſten Verwandten und Vormunderen/ na Gelegenheit des Gudes und Erves/ eine redeliche Liefſtucht macken um trendt thwintich Malder harttes Korns/ to dem meiſten und nicht darbauen ſullen verpflichtet ſin te den und offenen von eren Brüderen und Freunde dar einige Weigerung in geſcheihe/ und die vurgl. Liefftucht binnen Jahr und Dag nicht gemacht und geveſt en wordt ſollen alßdan alle Erve und Gudere anerdelt ſtan.

**Ock hebben wir unſere Riderſchopp anergeven/ togelaten/ geconfirmirt und beſtädigt ere Huſer** de ſe in unſeren Landen hebben/ dat die oldiſten Sohne na Doidt ſeine Aeldere/ ſo ferne he dar bequem to iſt/ daß beſte und Principal-Hauß hebben/ beſitten und behalden ſall/ und he ſall den andern Brüdern und Schweſtern weder ſtedigen und Delung den von den gennen dat buten Muren/ Graven und Wellen iſt/ tot reddeliche Mathen/ und de andere/ ſo negſt den Aeldeſten/ ſo fern dat mehr Huſer weren/ das beſte Huß negſt dem Principal-Huß hebben und behalden/ und ſo fort dan zum letzten tho ſo ferne ſie dar bequäme tho ſin und den anderen Kinderen darvon Deilung don/ glicke von dem aeldi-

ſten

ſten Sohn und Principal - Huß vorgl. und utgedruckt ſtett. Wert ock Sacke dat gein Sohn dan Dochters wehren / ſo ſoll die Vall von den Huſeren up den Dochtern kommen und vallen / gelicke von den Sohnen vorgeſchrieben ſteit / ſo ferne ſie ſich buyten Radth ihrer Freunde nicht en beſtaden: Gewyelet oyck dat einige von den Dochtern ſich buten ihrer Aeldern beſtaden / ſullen die Aeldern alßdan die Hüßer ſchencken / und den andern Dochtern geven mogen na eren Gevallen. Wert ock Sacke unſer Ridderſchafft einige Gebrecke offt Spracke untereinander hedden offt vermeinden tho hebben / und uns angebracht werde / ſollen und willen wir unterſtan ſie darvon gütlichen zu ſcheiden / und offt wy dlet in der Gütlichkeit nicht erfinden können / ſollen und willen wir ſie ſtellen to unvertoglichen Richtern thom plaßen und brinckl. dat die Guder ihrer Natur dynckpflichtig gelegen ſein / wedder faren lathen und einen ittlichen von unſer Ridderſchopp in unſen Landen vurgl. tho lathen und tho behalten zu ſeinem Rechten und Privilegien.

**Werdt ock Sacke** daß in unſern Landen und Stedden einig Erv offt Guth verfällt und angeervet werde / dat ſall man daruth lathen folgenden dat mit Rechte behört / behelt- lichen den Stetten ör Angefalle na alden Gewohnheiten / ock geloben wy unſer Ridderſchoppen / dat wie öhre Sohne / Dochter / Freunde offte Nichten / nicht einen ſollen naben Willen dringen nödigen tho beſtaden / dan ſe nach eren egen Willen und Wohlgefallen als billig lathen geweren und beſtaden.

Ock ſollen unſer Ridderſchopp in unſen Landen vorgl. kein gerade geven offt folgen lathen / den dat ſchall fallen und erven gelick ihr andere Erve und nachgelatene Gudere. Sunder Argeliſt und Orkundt der Wahrheit und aller vaſter Stedigkeit hebben Wir Johan und Johan Vader und Sone ein jeder von uns ſein Siegel an dieſen Brieff doen hangen / gegeven in den Jahren unſers HErren / Dußendt

Vünff

Vünff Hondert und Thien/ up Montag na dem Sondag Occuli.

Johan.

Johan.

*Extractus* Berichts an Ihre Königliche Majeſtät in Preußen von Dero Clevischen Regierung/ *de dato 14. Martii 1732.*

NUn wird inmittels Zweiffels ohne zu Recht eingelauffen/ auch Deroſelben bereits geziemend vorgetragen ſeyn/ was wir occaſione von dem Obriſt-Lieutenant Freyherrn von Quad zu Gartrop und Erben Recop in Dero Hoflager geſuchten Conſenſus alienandi des halben Schievelbergs-Hofes/ der hieſigen Lehn-Curie Obſervantz und Landes-Verfaſſungs halber am letztern Februarii mit angereget/ und aus denen zur geſchwinden Nachricht wieder beygefügten Extract-Berichteren/ ſamt andern aus der Lehen-Cammer ſucceſſivè ertheilten Zeugnüßen/ allerunterthänigſt certificiret haben/ nemlich daß alle davon dependirende Vaſallen und Lehen-Leute über ihre unterhabende Jurisdiction, Ritter-Sitz/ nebſt andern Güthern/ was Art und Natur die auch ſeyn mögen/ wann ſie nur des Domini Directi Conſens dazu in Zeiten impetriret/ pro lubitu inn- und auſſerhalb der Famille frey diſponiren/ dieſelbe verpfänden/ veräußern/ und ſonſten ihrer Convenience gemäß damit ſchalten und walten können/ ohne daß der à primo acquirente abſtammenden nechſten Lehen-Erben Einwilligung darzu nöthig/ weder einig Revocations-Recht weiter mit Fug daran zu prætendiren vermögen;

Woraus dann von ſelbſten flieſſet/ daß Eure Königliche Majeſtät des Supplicanten Suchen/ wann ſchon die geringſte erhebliche Urſache nicht angeführet hätte/ allerdings pleniſſimo Jure deferiren/ ja in dieſem ſo wohl als andern Fällen/ es

es nur allein von Dero Allerhöchſt Lehn-Herrlichen Gnade abhanget / ob ſie denen Vaſallen frey geben wollen / ihre Güther Obſervantz-mäßig dieſem oder jenen / denen Sie es am liebſten gönnen / per Teſtamentum aut inter Vivos quovis meliori modo zuzuwenden.

Gleichwie nun Euer Königliche Majeſtät noch weit mehrere Conſenſus alienandi und oppignorandi ohne der Vaſallorum Lehns-fähigen Agnaten Vorbewuſt oder geringſten Contradiction in kurtzen Jahren allergnädigſt ertheilen laſſen / ſo findet ſich auch / daß folgende über ihre Lehn-Güther alſo beſtändig teſtiret / und der inſtituirte Lehns-Folger gebührend inveſtiret worden ſeye / nemlich der General-Feld-Marſchall **Graf von Wylich und Lottum** über das Hauß und Herrlichkeit **Grondſtein** / vermöge aus dem Hoflager unterm 20ten Julii 1711. ertheilten Lehn-Herrlichen Bewilligung:

Der Freyherr **von Blaspil** über das **Guth Ilt** ſamt **Ingenwinckel** / und iſt deſſen hinterlaſſene Wittib als inſtituirte Univerſal-Erbinne / auch vermöge Eurer Königlichen Majeſtät höchſt-eigenhändigen Conceſſion vom 5ten Februarii 1723. mit einem Mann-Lehn das Guth und Zehenden zu Donsbrüggen genannt / belehnet worden;

Item der Freyherr **von Diepenbrock zu Boldern und Heyen** auf unterm 6ten Januarii 1701. erhaltenen Conſens über **beyde Cleviſche Mann-Lehen den Hof zu Heyen / und Guth Buſſershauſen.** Ja es ſeynd dieſe denen Clev-Märckiſchen Vaſallen und Lehn-Leuten von Alters zuſtehende beſondere Prærogativen, in der zwiſchen dem Freyherrn **von der Hövel** und den **von Wylich Bötzlariſchen Erben** / über der **Hönnepel-** und **Mörmpterſchen** Lehns-Folge vorgefallenen Streit-Sache mit vielen Gründen außgeführet / und der letzteren Vaſallen, **Stephan Vincent** Freyherrn **von Quadt zu Wickraedt** cum Conſenſu erſtlich in Faveur ſeiner Frauen *Elbertinæ Johannæ*

*Mariæ* **von der Höven** / und von dieſer nachgehends in Behuf ihres zweyten Ehegatten des jetzigen Beſitzern *Petri Ottonis* **Freyherrn von der Höven** genannt Bonecamp/ gemachte Teſtamentariſche Diſpoſitiones, durch einer am 10ten Octobris 1716. zu Berlin in Dero Geheimen Etats-Rath eröffneten Reviſions-Urtheil vor gültig erkannt/ und Executoriales darüber anhero ertheilet worden.

Dahero dann en general, wann die Lehen nicht auf dem Fall ſtehen/ Euer Königlichen Majeſtät Allerhöchſt Lehn-Herrlichen Intereſſe, auf unſern allerunterthänigſt-treu-geleiſteten Pflichten am nützlich- und convenabelſten zu ſeyn urtheilen/ daß denen getreuen Vaſallen die verlangte Conſenſe nicht leicht zu verweigern/ mehr allergnädigſt erwegen Dieſelbe vor einer zu bewilligenden Veräußerung von jedem Lehn wenigſtens ein **doppeltes Heergeweid**/ anbey pro Refutatione & Inveſtitura Neo-Vaſalli ebenmäßig ein zweyfach Laudemium profitiren/ durch Ertheilung der Conſenſuum oppignorandi dabeneben denen Lehn-Leuten Gelegenheit gegeben wird/ verſchiedene Fehler zu begehen/ ja wann ſie das Lehn innerhalb den conſentirten Jahren von der Schulden-Laſt nicht völlig wieder liberiren/ ſich der Beßerſchafft/ oder was daſſelbe mehr als die darauf credidirte Gelder werth/ verluſtig machen.

Euer Königlichen Majeſtät bey ſothaner der hieſigen Lehn-Curie und Sachen wahrhafften Bewandnüß uns in tieffſter Devotion gantz unvorgreifflich anheim ſtellende/ ob nicht gegen das offerirte doppelte Heergeweid ad 169. Rthlr. nunmehro den verlangten Conſenſum teſtandi zu ertheilen geruhen/ und Dero endliche allergnädigſte Willens-Meynung und Befehl uns darüber in hohen Gnaden zukommen laſſen wollen. Cleve den 14ten Martii 1732.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXLIV.

## *De Probationibus ex Documentis quæ vocantur* die Weißthume.

SÆpiſſime allegantur in Actis & negotiis forenſibus documenta talia, quæ more in Provinciis Rheno, & Moſellæ vicinis, nec non alicubi in Weſtfalia & finitimis regionibus uſitato, fiunt ſolenniter, convocatis omnibus iſtius loci ſubditis vel quorum intereſt, ut præſente Officiali & Notario cum Teſtibus, ipſi edicant Jura Domini in iſto loco. Talia documenta vocantur Weißthume / weil darin der Herren Recht angezeigt oder gewieſen wird. Actus hujusmodi ſolennes repetuntur aliquoties, non ubivis quolibet anno, ſed pro lubitu, quoties opus eſſe creditur ut memoria recoletur.

Similis plane eſt actus & documentum de Juribus Sylvaticis, des Obriſt Waldboten / und derer bey der Marck h. e. Sylvæ diſtrictu intereſſirten Gemeinden / quæ communitates ex variorum Dominorum territoriis ſtato tempore & loco conveniunt, cujus rei notatu digniſſima Exempla antiquiſſima dedimus *in Volum. II. Conſultationum, Conſultat. & Deciſ. VIII.*

Vidimus in Actis Judicialibus documenta der Weißthume ex ſeculo XV. & ſequentibus: Multumque valuiſſe in probatione, meminimus. (1) Hoc tamen obſervamus, in territoriis Electorum & Princi-

pum Imperii, ubi Jura territorialia nulli dubio ſunt obnoxia, actus ejusmodi ſolennes der Weißthume non reperiri, ſed vel in territoriis minoribus Comitum Imperii, Abbatiarum vel Nobilitatis immediatæ, neque etiam in iſtis ubique. Frequentius in locis ubi ſunt Domini Jurisdictionis mediati. An non conſultum ſit, ut modus ſimilis in aliis locis introducatur, cumprimis ubi ruſtica gens cauſidicorum æruſcantium auxilio, (gravi genere hominum, Reipublicæ & Judiciis nocentiſſimo) in Jura Dominorum involare vel ea diſputare non erubeſcit, exſtimulata? Hoc videant illi, quibus conſervatio Jurium Dominicalium cura eſſe debet. (2)

(1) De vi probandi iſtiusmodi documentorum notabilis eſt locus *Meichſneri* quondam Aſſeſſoris in Camera Imperiali *Tom. II. Deciſionum lib. II. deciſ. ultima.* Quem locum dignum putavi ut exſcriberetur. Ita ait Auctor:

Hisce plurimum adminiculari videntur producta documenta Actorum, præſertim verò die vidimirte Urkunden über das alte Gerichts-Buch und Weißthum des Gerichts zu Dachsweiler de Anno 1507. Litera A. in quo expreſsè habetur, daß die beyde Ingelheim von Alters hero vor Oberſte Herren des Gerichts zu Dachsweiler aller Obrigkeit / Gebott und Verbott gewieſen werden / prout pleraque Jura in ſpecie recenſentur, quæ quidem ruſticorum, præſertim viciniorum & ſubditorum profeſſio plus ponderis habet in tali materia, quam aliorum hominum, per Gloſſ. egregiam *in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. hæc quoque.* & ibi DD. *ff. de verbor. obligat.* & Bartol. *in l. de ætate. verſ. ſed juxta hæc quæro. ff. de minor.* & eſt de hoc puncto peculiaris deciſio Guid. Papæ *in quæſt. ſua 193. incip. quia in hac.* ubi inter alios modos probandi valde ponderat antiquitatem actus & ſcripturæ deſuper confectæ. Quod & in noſtro caſu merito ponderari debet, maximè cum ſuprà dicta profeſſio ſit facta publicè, & in

loco publico, ſoliti judicii, & ad librum judicialem, ſicque ad Acta publica redacta, & in Archivo publico reperta. Nam per ejusmodi libros ſcripturas & inſtrumenta probari fines, limites, & dominia territorium & diſtrictuum, explorati juris eſt, per *l. optimam. Cod. de contrahend. ſtipulat. in* §. *etſi inter. verſ. & melius quidem ſi per ſcripturam.* & ibi quoque DD. &c. & *per not. in l. cum aliquis. Cod. de jure deliberandi.* Cantiuncula in hac ipſa materia des Weißthums *conſil. 4. num. 10. pag. mihi. 69.* latè Cravetta *de antiq. temp. in* §. *incip. quarto limitatur. per tot.* præſertim *num. 20. 21. 22. & 23.* ubi inter cætera dicit, quod color judicii multum roboris addat fidei probatoriæ, & idem Cravetta *in* §. *vidimus. num. 37.* dicens, quod liber alicujus univerſitatis etiam minus ſolennis puta, quia non habet ſubſcriptionem alicujus Notarii, probat, ſi pro authent. publicè fuerit habitus & obſervatus. Prolixe etiam Hieron. de Monte. Brix. *in dict. tractat. de fin. cap. 62.* ubi *num. 3. & 4.* dicit, quod libris antiquis plena fides adhibeatur, ſi reperti fuerint ſub cuſtodia publica. Quod adeo verum eſſe nonnulli volunt, ut etiam privatas ſcripturas in loco publico repertas ad dominii & Jurisdictionis probationem conferre exiſtiment. Socin. *conſil. 187. num. 3. volum. 2.* per *l. indicia.* ubi Bald. & Salicet. *de rei ven.* & *in l. proprietatis.* ubi etiam Gloſſ. *Cod. de Probat.* & Hieron. de Monte *cap. 63. num. 7.* facit quod notat Cravetta *dict.* §. *4. limit. num. 14. 15. & 16.* Quod ſcriptura minus ſolennis probet etiam contra tertios, ſi longo tempore pro publica fuerit obſervata, de qua obſervantia Alexand. *conſil. 187. lib. 7.* Bald. *in Exemplo. Cod. de Probat.* Quod tunc fieri dicitur, quando ſecundum formam & tenorem ejus aliquid fuerit obſervatum.

(2) Poteram addere Exempla iſtiusmodi Inſtrumentorum plurima. Aliqua ſaltem in *Appendicem* Obſervationibus ſubjunctam referre placuit.

# OBSERVATIO CCXLV.

## *De operarum indeterminatarum ceſſione illicita, ſi cum majori ſubditorum onere ſit conjuncta. Ubi etiam agitur de fatali appellationis à Gravamine extrajudiciali.*

DE natura operarum indeterminatarum dictum eſt pluribus *Obſervatione præcedente CV.* Quæ ſunt certo numero & modo definitæ, exiguntur plerumque ſtrictiſſimè, &, ſi cedantur tertio, nullum exinde naſcitur onus gravius. Secus verò eſt in præſtationibus operarum nullo tempore aut numero determinatis: Has enim exigit Dominus tantum pro neceſſitate vel commoditate ſua juxta morem regionis, & obſervat proportionem ne ſubditorum aliqui onerentur magis quam reliqui, vide Mevium *part. 4. deciſ. 131. 132. 133.* Carpzov. *lib. 1. Reſponſ. 55.* Quo major eſt numerus ſubditorum, v. gr. totius alicujus Præfecturæ, tanto levior fit præſtatio operarum ſingulis pagis.

Dominus territorii operas ex univerſa Præfectura ſibi competentes modo non determinato, ceſſerat reſpectu pagi unici per contractum nobili cuidam, una cum Jurisdictione, ad utilitatem prædii quod nobilis iſte in pago habebat. Reſervaverat ſibi Dominus operas eminentiores, venaticas & alias, quas vocant territoriales.

Modus

Modus erat deinde præſcriptus ſubditis iſtius pagi, quot diebus in ſeptimana nobili prædicto, nunc etiam Jurisdictionis Domino, operæ eſſent præſtandæ. Verum hic modus erat longe gravior ſubditis quam præcedenti tempore ante ceſſionem. Hinc natæ querelæ, & ſequebatur juſſio vel decretum numerum præſcriptum confirmans. Non neglexerant ſubditi per viam ſupplicationis amoliri à ſe hoc onus. Tandem, cum poſt tentatam fruſtra concordiam in ordine judiciali per ſententiam gravamen eſſet rejectum, ad Supremum Imperii Judicium in via appellationis cauſa deducta fuit. Ubi conſiderabatur: in genere illicitorum eſſe, ſi Dominus quicunque territorii ſubditos præter neceſſitatem onerare velit ultra modum conſuetum. Non ſunt quidem omnia illicita & non debita, quæ non conſueta, quod nonnunquam imaginantur ſibi ſubditi, ſed perperam: Nam in ſtatu regiminis variæ exiſtere poſſunt, quæ alias non fuere, neceſſitates; Verum hic ſermo nobis eſt de oneribus absque neceſſitate, pro mero Domini arbitrio, vel privati compendii gratia impoſitis. Hinc adverſus exactiones iſtiusmodi inſolitas & graviores recurſus ſubditis ad Judicem ſuperiorem Legibus eſt conceſſus, vide Mev. *part. 5. deciſ. 125.* & *part. 8. deciſ. 313.*

Speciatim in caſu propoſito: Ceſſio operarum, per quam ſubditis unius pagi onus longe gravius naſcebatur, quam fuerat antea cum iſte pagus eſſet pars Præfectu-

fecturæ, non poterat non haberi pro illicita, quia hic nulla neceſſitas publica, ſed forte interceſſerat privata Domini ratio pecuniaria. Ad hæc, per ſeparationem iſtius pagi à Præfectura, onus operarum accreſcebat etiam ſubditis reliquis. Qui, ſi non interveniſſent, hoc forte ideo factum, quod in magno numero ſubditorum eſſet adhuc onus tolerabile; Pagi verò iſtius incolæ, quos Dominus ſubjecerat Jurisdictioni viri nobilis & operas rigidè executuri, juſtam habuere conquerendi cauſam per viam appellationis. (1) Cui appellationi non obſtabat juſſio vel decretum aliquod præcedens tanquam res judicata, nullo interpoſito remedio ſuſpenſivo. Nam emendationem petierant incolæ ab ipſo Domino territorii, quam cum non obtinuiſſent, integra omnino erat poſt pronunciatam ſententiam ſuper gravamine, appellationis via. In gravamine extrajudiciali quod habet tractum ſucceſſivum, fatalia non currere, praxis eſt judiciaria. (2) Univerſitati ruſticæ facile etiam conceditur reſtitutio in integrum adverſus lapſum fatale. De ſingulorum agebatur præjudicio, & quidem perpetuo. Ergo jure meritoque concludebatur ad ſententiam reformatoriam, per quam declarabatur, incolas iſtius pagi appellantes non eſſe obſtrictos ad præſtationem operarum alio modo, quam juxta proportionem quæ fuerat ante ceſſionem obſervatam inter eos & reliquos totius Præfecturæ ſubditos: Condemnando appellatum ad reſtituenda

quæ

quæ tempore litis ultra hanc proportionem percepta eſſe probarentur ab Appellantibus 22. Maji 1733.

(1) Vid. Lynckerum *de Gravamine Extrajudiciali cap. 3. part. 2. §. 5. pag. 223. ſeq.* Et de aliis oneribus publicis inæqualiter diſtributis *cap. 6. §. 19. pag. 522. ſeq.* adde Mev. *dictis ſupra Deciſionibus.*

(2) A ſententia quæ habet gravamen ſucceſſivum vel continuum, appellanti fatalia non currunt, ſed appellare licet ſemper, Scaccias *de Appellation. cap. 12. num. 144.* Mev. *part. 2. deciſ. 348.* uſquedum ſuper eodem gravamine judicatum fuerit, Mev. *part. 8. deciſ. 472.* Multo minus pro re judicata haberi poteſt Decretum extrajudiciale, quia hoc ipſe qui Decretum fecit, tollere poteſt vel moderari, *L. quod juſſit vetuitque Prætor. ff. de re judicat.* & *tit. Cod. Comminationes, Epiſtolas, Programmata, Subſcriptiones, auctoritatem rei judicatæ non habere.* Adeo ut ne quidem recipiatur à Superiore Judice illicò appellatio, ſi emendatio gravaminis apud inferiorem impetrari poſſit, Lyncker. *dict. tractat. cap. 9. part. 1. §. 2. pag. 765.* Exempla gravaminis ſucceſſivi alia, ubi etiam effluxo decendio appellatio eſt permiſſa recenſentur, *dict. tractat. cap. 7. part. 2. §. 8. pag. 609.* Hinc etiam Vir Celeberrimus *cap. 4. §. 11. pag. 348.* docet, in univerſum extrajudiciale gravamen judicatum non parere gravato, quamvis non appellaverit, neque præjudicare, quin alia etiam ratione apud eundem Judicem gravaminis emendationem deſiderare, illudque removere poſſit. Quod verò additur in parentheſi (*niſi ad Judicem ſecundæ Inſtantiæ reſpicias*) theſin facit obſcuram. Neque in re clara & Praxi Judiciorum ſupremorum firmata, reſtrictione iſta opus eſſe puto, vid. Klock. *de Contribut. cap. 13. num. 52. 53.* Extrajudicialia gravamina plerumque ita ſunt comparata, ut qui tulit Decretum, magis agat tanquam pars, quam ut Jus dicat inter litigantes. Licitum itaque eſt appellare à tali gravamine, juxta normam *Receſſus Imperii 1594. §. 93. 94. 95.* (ubi etiam de inhibi-

hibitione agitur, & adhibe Mev. *part. 5. deciſ. 78.*) Sed quod fatali decendii conſtricta ſit appellatio talis, ita ut poſtea non admittatur, hoc Legibus conſtitutum non reperio. De Statuti obligatione vid. Scaccias *de Appellation. cap. 12. num. 156.*

## OBSERVATIO CCXLVI.

### *Filiæ, quæ cum Pacto reſervativo Succeſſionis renunciaverat, extincta Maſculina Familia, petitum varium, ad cauſam Dotis reducitur.*

C*Onradus* Nobilis immediatus, Parens erat trium filiorum, 1. *Marquardi*, 2. *Conradi*, & 3. *Georgii.* Ex his *Primus*, ad Epiſcopatum Imperii evectus, variorum bonorum fuit adquiſitor, quæ poſt ejus obitum inter fratres fuere diviſa, partim feuda, partim allodia. *Secundus*, ex filio *Philippo*, nepotem habuit *Wilhelmum*. *Tertii* nepos *Ludovicus*, bonorum ſuorum partem reliquit titulo legati *Wilhelmo* conſobrino Anno 1636. partes alias cognatis aliis. *Wilhelmus* etiam absque Prole defunctus Anno 1655. Reliquerat uxorem *Annam*, quam teſtamento ſcripſerat hæredem. Superſtites etiam erant quinque ejus ſorores, quibus ſingulis parentis *Philippi* voluntate dos mille florenorum fuit conſtituta, erga renunciationem in familiis nobilium ſolennem, cum pacto reſervativo ſucceſſionis, in caſu deficientis ſtirpis maſculinæ. Cum verò *Wilhelmi* vidua *Anna* ſecundis nuptiis maritum accepiſſet

piſſet *Henricum*, ab his conjugibus dotem petiere *Wilhelmi* ſorores quatuor. Nam ex iis uni tantum, natu majori, dotis cauſa, patre adhuc vivo, ſatisfactum fuerat. Tres aliæ cum *Henrico* ejusque uxore *Anna* tranſegerunt Anno 1659. contentæ ſumma multo leviore quam quæ pro dote erat conſtituta unicuique, neque ab iis, poſt renunciationem pleniſſimam ulla amplius mota fuit controverſia. Quinta verò ſoror nupta Anno 1650. cui pater proxime ante mortem dotem promiſerat, conſentiente & ſubſcribente filio *Wilhelmo*, parem cum reliquis conditionem non acceptando, melius ſibi conſultum fore putavit via Juris, & eodem Anno 1659. adverſus *Annam* jam altera vice viduam, Mandatum impetravit *de edendo Inventaria, Regiſtra & alia Documenta Sine :* de ſervando Pacta & extradendo bona hæreditaria *Cum Clauſula.* Ventilata diu quidem cauſa, ſed per varia temporum & perſonarum fata litis progreſſus impeditus fuit, & deciſio dilata. Hoc demum ſeculo ad diſcuſſionem deductis Actis, obſervabatur: Varium eſſe actoris petitum, mox pro habenda dote, mox pro portione filiali, mox ad regreſſum auf den ledigen Anfall directum. Dotis petitio erat certa ex conſtitutione paterna & promiſſione ipſius fratris *Wilhelmi*, qui videbatur eſſe obligatus perſonali ſtipulatione, adeoque & ejus hæres. Exceptio ſucceſſionis hæreditariæ cum beneficio Inventarii fruſtra allegabatur, quia nullum erat confectum, & nequidem fieri

poterat poſt multorum annorum tempus. Tranſactio trium ſororum actori non obſtabat: Iſtæ enim, ſi voluntate libera à Jure ſuo receſſerunt, quid hoc ad ſororem, jam actorem. Petitio portionis filialis ex hæreditate paterna, erat difficilior, quia non exiſtente inventario, de ſtatu hæreditatis nulla certitudo. Poſtulationi ad hæreditatem *Wilhelmi*, ex fundamento reſervati regreſſus, dubium faciebat teſtamentum *Wilhelmi*, in quo uxor *Anna* ſcripta erat hæres, & allegabatur, regreſſum aliter intelligi non poſſe, quam ad hæreditatem paternam. Bona verò à *Wilhelmo* relicta, non à patre eſſe profecta, (hæc enim ære alieno obruta) ſed ab ipſo adquiſita. Accedebat in conſtantia petitionum actoris, qui noviſſimè demum (cum per ſententiam juſſus eſſet ut clarius loqueretur) declaraverat, Jus ſibi eſſe non ſolum ad hæreditatem paternam, ſed etiam inprimis ad fraternam, ad quam pertinerent quoque bona *Ludovici*, quæ ex hæreditate perveniſſent ad *Wilhelmum*. Hic autem deficiebat probatio tituli hæreditarii, vel Familiam qualicunque modo reſpicientis. Neque ſufficiebat allegatio originis bonorum à ſtipite communi, quia per diviſionem inter fratres unicuique adquiſitum erat dominium plenum. Hæc conſidata fuere in cauſa G. contra W. Anno 1728. Poſt Sententiam pronunciatam, à parte condemnata per remedium Reſtitutionis in integrum cauſa fuit ſuſpenſa, & tandem inter partes tranſactione finita.

OBSER-

# OBSERVATIO CCXLVII.

## *Dotis Filiarum nobilium quantus ſit favor; ubi de Onere dotandi Fratribus incumbente, de Jure potiori Creditorum Patris & Officio Judicis.*

FRequentes ſunt in Judiciis controverſiæ de Jure dotis Filiarum nobilium, & reſervati ad bona regreſſus in renunciatione, ſub hac conditione facta, ſi maſcula ſtirps fratrum extingueretur, (1) plerumque ob mutationes varias perſonarum, temporum viciſſitudines, bonorumque deminutas facultates. Sunt verò ejusmodi lites tanto graviores, quanto difficilior eſt facultatum priſtinarum, & cauſarum per quas mutationes acciderunt, indagatio.

Dotium favorem magnum eſſe debere, Jura Civilia ſtatuunt. (2) Indotatæ filiæ nobiles conditionem nubendi ſtatui earum convenientem plerumque non inveniunt. (3) Tametſi enim dos non ſit de eſſentia matrimonii, ſed hoc absque dote conſiſtere poſſit, (4) imo ſit quandoque felicius; Hoc tamen ex aliis provenit cauſis, puta defectum facultatum ex quibus dos ſumenda, cumprimis ſi quod deeſt in bonis fortunæ, animi dotibus compenſetur. (5)

Quemadmodum ergo conſervatio Familiarum nobilium in ſexu maſculino multarum gentium Euro-

pæ, præcipue verò Germaniæ moribus, mediante renunciatione filiarum, Reipublicæ eſt utilis; (6) Ita injuſtum foret filias renunciantes, absque dote facultatibus reſpondente, ex familia dimittere. (7) Recte ergo faciunt parentes, dum adhuc ſunt in vivis, conſtituendo filiabus dotem, (8) &, ſi non fuerit conſtituta voluntate parentum, vel pactis familiarum, aut conſuetudine, (9) fratrum germanorum vel conſanguineorum hoc erit onus. (10) Ita ut debeatur in ſubſidium etiam ex bonis feudalibus. (11) Promiſſa dos non præſtita, petitur non tantum actione ex ſtipulatu *L. unic. Cod. de R. V. A.* Sed etiam actione reali, quia hypotheca tacita incumbit bonis à patre profectis. (12) Utitur etiam filia Jure ſeparationis contra creditores fratris. (13)

Quantuscunque verò ſit dotandarum filiarum favor, ita tamen erit moderandus, ne injuria fiat vel fratribus bonorum ſucceſſoribus, vel creditoribus paternis. Neque Judex ſequetur ea in re voluntatem parentis ſimpliciter, ſed juxta normam æquitatis. (14) Penſi habendo, cum vires bonorum tempore à patre conſtitutæ dotis, tum liberorum numerum, aliasque circumſtantias. (15) Fratribus etiam, ſi ad eos tranſiit onus dotandi ſorores, non debet fieri detrimentum reſpectu legitimæ. (16) Neque fratres tenentur dotare ſorores ex bonis aliis quam quæ ſunt à parentibus profecta, & ab ipſis ſucceſſionis jure poſſeſſa. (17)

Quod

Quod ſi frater obligatione perſonali dotem promiſiſſet ſorori, tunc ceſſabunt iſtæ exceptiones, (18) & ipſi fratri videndum erit quomodo liberet ſe à promiſſione ſua, quam, ſi ſequitur Judex, rectum omnino faciet judicium. (19) Hæc fuere penſi habita in eadem cauſa.

(1) Ejusmodi Formulæ ſunt: Doch da ermeldter N. Brüder alle ohne Verlaſſung Ehelicher Manns-Erben mit Tod abgehen würden/ alßdann ſolle ſolcher Verzicht ſie nicht binden/ ſondern/ als wäre derſelbe niemal beſchehen/ Ihro alle und jede Erbſchafften bevorſtehen und werden.

Alia formula cum clauſulis & cautionibus ſingulari ſtudio compoſita ex Actis Freyherrn von Spirinck contra Freyherrn von Weichs excerpta, maximè notabilis, erat ſequens:

Jedoch habe ich mir in dieſer Verzicht außtrücklich/ und zwar reſervato Jure Dominii, vorbehalten/ wann erſtlich über kurtz oder lang/ ſich ein lediger Anfall begeben ſolte/ das iſt/ wann mein Freundlich Geliebter Herr Bruder ohne Männliche Eheliche Manns-Erben/ wie auch deſſen mit GOttes Seegen künfftig verhoffende Eheliche Manns-Erben Erben abgehen/ und alſo der Eheliche Manns-Stamm (welches GOtt gnädiglich verhüten wolle) gantz ab- und außgeſtorben ſeyn ſolte/ daß/ ſo viel mein Vätterliches Erbtheil anbelangt/ ich vor mich/ und meine Erben/ auch Erbens-Erben/ den freyen Zugang zu dem Vätterlichen Vermögen/ beweglich und unbeweglich haben/ und weder mir/ noch ihnen dieſe Verzicht durchaus nicht im Weeg ſtehen/ ſondern auf ſolchen Fall/ was ich anjetzo meinem Herrn Brudern/ und deſſen Ehelichen Männlichen Poſterität zu guten/ und zu beſſerer Conſervir- und Erhaltung dieſer Famili, wie nicht weniger beſtändiger Handhabung derſelben Herrſchafft und Güther aus Handen gelaſſen/ mir und ihnen von Rechts wegen wieder zukommen/ und ohne männiglichs Hinderung

rung gebühren / ich / und meine Erben auch ſolche mit und ohne Recht wieder ſuchen / und erfordern mögen / zu welchem Ende ich mir / und meinen Erben das Erbſchafftliche Dominium und zuſtändiges Recht auf das zierlichſt / und beſtändigſt / als es ſeyn kan / expreſsè bevor behalte / dergeſtalt / daß ich mich beſagten Dominii und Erbſchaffts-Rechts / ſo ich wegen des allbereit mir angefallenen Vätterlichen / denen gemeinen Rechten nach dermalen ſchon habhafft worden bin / oder da es ohne dieſe Verzicht wäre / noch habhafft werden könte / nur allein wiederrufflich begibe / keines wegs aber auf ewig / oder länger / als biß auf Abſterben meines Herrn Bruders / und deſſen Ehelichen Männlichen Deſcendenten, von deren Ableibung mir / und meinen Erben bey allen Vätterlichen Erb-Güthern das vorbehaltene Succeſſions-Recht dergeſtalten offen ſtehen und bleiben ſolle / als wann kein Verzicht vorgangen.

(2) Antiquiſſimis Germaniæ populorum moribus teſte Tacito *cap. 18.* non uxor marito, ſed uxori maritus dotem offerebat. Et hic mos diu inter Germaniæ populos obſervatus fuit, vid. Schilter. *Prax. Jur. Roman. exercit. 36. §. 69. uſque 73.* Recepto tandem Jure Romano, neque invita ratione naturali, favor eſſe cœpit dotandarum filiarum, quod ita expreſſit Hopperus *de Vera Jurisprud. lib. 10. tit. 2. Cum nonnullis Legum Conditoribus placuit indotatas eſſe uxores, ut non cenſus, ſed morum, & generis, & formæ ratio habeatur; Jus Civile Romanorum ſic eſt compoſitum, ut ad communes hominum mores reſpiciat, iisque Leges quàm aptiſſimas accommodet. Et ideo, ut tum quidem ad legitimas nuptias maſculi invitentur, ad civitatem legitima prole replendam, ne deficiat, quæ ratio naturalis eſt & civilis, tum verò feminæ rei familiari tanto diligentius ſtudeant, dum rem ſuam etiam conſervant, quæ eſt ratio œconomica: placuit non ſolum dotes permitti, ſed & favorabiles haberi.* Vide *L. 2. & L. 70. ff. de Jur. dot. L. 1. & L. 45. ſolut. matrimon.* & Ant. Merendam *lib. 6. controv. 26.*

(3) ΝΥΜΦΗ ΑΠΡΟΙΚΟΣ ΟΥΚ ΕΧΕΙ ΠΑΡΡΗΣΙΑΝ. vetus eſt proverbium, fallit tamen ſæpius ex ratione morum, cum dentur fœminæ audaculæ & imperioſæ, licet non dotatæ, & vice verſa opulentæ, quæ ſunt ſapientes.

(4) *L. 20. Cod. de donat. ante nupt.* Alias diſſolvendum foret matrimonium quod prohibet Lex divina & humana, vid. *Diſſertat. de Dote non præmiſſa non præſtanda* ſub Præſidio Strykiano editam *§. 14. ſeqq.*

(5) *Non ego*, inquit Alcumena Plauti *in Amphitr. act. 2. ſcen. 2. illam mihi dotem duco eſſe, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam & ſedatam cupidinem, Deûm metum, parentum amorem & cognatûm concordiam.* Qui perſonæ pulchritudine ſola ducuntur, quam maximè erraverint, experiuntur, ſed ſero nimis, ubi cum forma omnis etiam animi conjunctio eſt extincta. In ſocietate commerciorum non eſt novum, quod unus pecuniam conferat, alter induſtriam. Uxor prudens & œconomicæ rei perita ampliſſimæ dotis loco eſſe poteſt, dummodo uterque conjugum ad eundem finem ſapienter conſpirent.

(6) Beſold. *Theſaur. Pract. voce* **Verzicht.** Lyncker. *Deciſ. 1230.* aliique Auctores quos *de Renunciationibus* conjunctim edidit Schilterus. Knipſchild. *de Fideicommiſſ. Famil. cap. 6. num. 183. ſeqq.* Ant. Fab. *lib. 2. Cod. tit. 3. definit. 7. num. 10.* & *definit. 12. num. 2.*

(7) Knipſchild. *dict. cap. 6. num. 187. ſeqq.*

(8) Diſtinctionem circa obligationem parentis, quæ dicitur eſſe *neceſſitatis* vel *præcepti* vel *medii* ſubobſcuram, retinuit tamen Caſp. Ziegler. *Diſſertat. de Jur. Dot. §. 8. 9.* Res huc redit: Dotare filiam eſſe officii paterni, non verò neceſſitatis abſolutæ, vel Ziegler. *§. 9. 10. 11.* Voluntatem verò parentis Judicem aditum ſequi debere, auctoritate Juris ſignificatur *L. 16. famil. herciſc.* vid. Mev. *part. 2. deciſ. 118. num. 3.*

(9) Dixi hac de re pluribus *in Tractat. de Jur. Fœminar. Illuſtr. part. 2. cap. 2. §. 5. in Exegeſi.* Lauterbach. *de ſingul. Fratr. Jur. part. 2. membr. 1. §. 8.* Non licet ergo excedere quantitatem dotis

pactis vel conſuetudine conſtitutam, in agnatorum, vel ubi dos filiarum à ſubditis colligitur, horum præjudicium. Mille florenorum Rhenenſium dos, magna eſſe credebatur olim, vide *Symphorema Votorum Cameralium* quod vulgò Gylmannianum dicitur, *tom. 2. part. 2. voto 22. num. 91. pag. 73.* Lyncker. *Deciſ. 1230.* Hodie etiam inter nobiles familias non facile excedit ſummam mille Imperialium, vid. Struv. *Syntagm. Jur. Feud. cap. 14. §. 17. num. 3.* Quæ omnia tamen non impediunt, ut pater augere non poſſit quantum dotis ex facultatibus à ſe quæſitis, ſi ſint ampliores. Mater quoque ex paraphernalibus doti augmentum addere non prohibetur. Neque ipſa filia, ſi ſint ei bona adventitia quorum habet adminiſtrationem liberam, *L. 12. §. 3. de adminiſtrat. tutor.*

(10) Lauterbach. *de ſingulari Fratrum Jure part. 2. membr. 1. theſ. 6. 7.* Cumprimis ſi ſuccedit frater excludens ſorores ſtatuto familiæ vel Jure Primogenituræ, Lauterbach. *dict. loc. §. 8. 9.* Knipſchild. *de Fideicommiſſ. cap. 6. num. 209. & cap. 11. num. 303.* Surdus *de Aliment. tit. 1. 4. 52. num. 24.* Peregrin. *de Fideicommiſſ. artic. 42. num. 50.* Teſſaur. *deciſ. 192. num. 7.*

(11) *1. Feud. 6.* Mynſing. *centur. 4. obſervat. 86.* Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 14. §. 17.* Carpzov. *deciſ. 173. ſeq.* & *part. 2. Conſtitut. 46. definit. 19.* Knipſchild. *de Nobilitat. lib. 2. cap. 1. num. 71.* Mev. *part. 2. deciſ. 119.* Lyncker. *Deciſ. 1394.*

(12) Mev. *part. 7. deciſ. 133. & 330.* Lyncker. *Deciſ. 1327.* Et ita quidem, ut ex dote primæ filiæ ſequentes habeant intentionem fundatam ad eandem dotis quantitatem, vid. Mev. *part. 2. deciſ. 118.*

(13) Mev. *dict. deciſ. 133. part. 7.*

(14) Mev. *part. 2. deciſ. 118. num. 6. ſeqq.* Lyncker. *Deciſ. 1394.* vid. Lauterbach. *Colleg. Pract. tit. de Jur. Dot. §. 27.*

(15) Inprimis inſpiciendum eſt tempus promiſſæ dotis, comparando cum facultatibus quæ tunc extiterunt, & tempore mortis parentis fuerunt reliquæ, deducto ære alieno, vid. Carpzov. *part. 2. Conſtitut. 46. definit. 19.* Mundius *lib. 2. conſil. 10. num. 396.*

Pari-

Pariſius *conſil. 16. num. 17.* Accidit enim quandoque, ut pater plus ſperans in facultatibus ſuis quam in his eſt, pro elocanda filia ampliorem dotem promittat, neque tamen eam præſtare valeat, Ziegler. *diſſertat. de Jur. Dotium theſ. 10.* quo caſu promiſſio vi ſua excidit, vid. Gail. *lib. 2. Obſervat. 95. num. 2.* Lyncker. *deciſ. 1100.* neque tacitæ hypothecæ pro dote promiſſa ullus eſt effectus contra creditores, ſi pater eodem tempore quo promiſit, fuit obæratus, Mev. *part. 5. deciſ. 365. & 377.* Stryk. *diſſertat. de dote non promiſſa non præſtanda §. 9.* ubicunque ex bonis paternis petitur dos, non poteſt fieri aliter quam deducto ære alieno, Lauterbach. *de ſingular. Fratr. Jur. part. 2. membr. 1. theſ. 6.* & *mebr. 2. §. 100.* Qualis hæreditas patris, talis ſtipulatio dotis, talis etiam effectus clauſulæ reſervatoriæ in renunciatione filiæ.

(16) *L. 35. Cod. de inoffic. teſtam.*

(17) vid. Mev. *part. 9. deciſ. 196. num. 9.* Salva, ut jam dictum, legitima filiorum. Dicam amplius, ſalva portione competente ex Jure familiæ & conſuetudine filias à ſucceſſione regulariter excludente, Brunneman. *ad L. 14. Cod. de rei vindicat.* Carpzov. *part. 2. Conſtitut. 40. definit. 19.* Si enim pars potiſſima bonorum per dotes filiarum abſumeretur, familiæ dignitas conſervari non poterit, vid. Lyncker. *deciſ. 1230.* ubi agitur de poſtulato inique augmento dotis, quia pater majus comparaſſet prædium. Idem argumentum peculiari Diſſertatione illuſtravit Böhmer. *de ſpuria legitima filiarum nobilium.* adde Mundium *conſil. 29. num. 47.*

(18) Quæ ſcil. ex ſtatu bonorum paternorum fratri competere poſſunt. Ex *pacto donationis* quod dicitur in Jure *legitimum*, actio datur *ex Lege ad implementum.* Ita etiam ex promiſſa à fratre dote, vie. Mev. *part. 9. deciſ. 196.* ubi de uſuris à tempore promiſſionis ſolvendis.

(19) Frater una cum patre promittens ſorori dotem, cenſetur ad cautelam poſitus, & obligatur nomine proprio, vid. Valaſc. *conſultat. 127. num. 5. volum. 2.* neque promiſſio perſonalis tol-

litur ex cauſa rei, Mev. *part. 3. deciſ. 365.* Quod ſi verò promiſſio à fratre facta fuerit ex re patris, tunc non ultra tenebitur quam ad ipſum pervenit, vid. Mev. *part. 9. deciſ. 196. num. 9.*

# OBSERVATIO CCXLVIII.

## *Dos conferenda eſt inter cohæredes, exiſtente caſu reſervato* eines ledigen Anfalls.

DOs filiarum, ubi agitur de dividenda hæreditate parentum, collationi eſt obnoxia abſque dubio, *tit. ff. de dotis collat.* Renuncians filia, accepta dote, hoc ipſo declarat, ſe hæredem eſſe nolle, ergo in eo ſtatu nihil confert, *L. ult. ff. de dot. collat.* Quandoquidem verò renunciationes filiarum fiant plerumque favore ſtemmatis, cum reſervatione ſucceſſionis **auf einen ledigen Anfall**; Ita fieri poteſt, ut exiſtente hoc caſu, de collatione dotis reviviſcat inter cohæredes petitio. Nihil autem intereſt an ſoluta fuerit dos, an ſaltem promiſſa, hoc enim caſu dos erit tanquam præcipuum filiæ iſtius collocanda, ut ſcil. cohæredes inter ſe peræquentur. (1)

(1) Vid. *L. 1. §. 1. & 8. de dotis collat. L. 2. Cod. de Collat.* Lauterbach. *diſputat. de Collat. dotis theſ. 49. num. 2.*

OBSER-

# OBSERVATIO CCXLIX.

## *Teſtamento ultimi Maſculi ex Familia, Jus Regreſſus in eventum reſervati, quando non impediatur?*

NOn eſt novum neque infrequens, ut effectum ſortiatur clauſula ſucceſſionis reſervatoria in renunciationibus filiarum illuſtrium nobiliumve. Et dicuntur tunc Regredient-Erben. Succeſſio itaque intelligitur ſemper ea quæ competiiſſet ab inteſtato. Quodſi renunciatio ad paternam hæreditatem ſit directa intuitu fratrum, frater non poterit portionem filialem quæ competiiſſet ſorori, adimere ei ſcribendo hæredem alium teſtamento. (1) Eadem eſt ratio ſi teſtamentum condiderit is qui ex familia eſt ultimus. Alias enim clauſulæ reſervatoriæ nullus foret effectus. Talem caſum refert *Guilielmus Ertelius* Syndicus Ordinis Equeſtris *in Obſervationibus de Nobilitate Equeſtri immediata Obſervat. 47.* ubi refert ſententiam Reviſorii Judicii in Aula Imperiali tempore Ferdinandi I. Anno 1545. 19. Septembr. in cauſa der Frau von Sintzendorff/ cui adjudicata bona ab ultimo familiæ maſculo relicta. In terminis pro ſtatu rerum æqualibus aliarum perſonarum, abſque dubio idem erit judicium. Sed ut exiſtant circumſtantiæ omni ex parte æquales, hoc rarum fore exiſtimo. Deinde, ſi de fraterna & fortaſſis ulteriorum maſculorum hæreditate ſit quæſtio, teſtamenti factio-

factionem de bonis ab uno quoque quæſitis impediri, quis quæſo exiſtimaverit? Clauſula enim reſervatoria renunciationi annexa, adimere non poteſt facultatem teſtandi de bonis quæ renuncianti non ſunt adquiſita. Fac, declaraſſe Mevium, Titiam eſſe ſuam filiam & hæredem. Teſtamentum ſi condiderit Mevius modo debito, acceptâ legitima contenta debet eſſe filia. Finge rurſus, renunciaſſe filiam hæreditati paternæ & fraternæ, cum reſervatione regreſſus, intelligetur reſervatio de bonis paternis, de fraternis verò, ſi frater obierit ab inteſtato. Videbuntur fortaſſis hæc levia, neque obſervatione peculiari digna; Sed dici non poteſt quantopere contendant hiſce de rebus litigantes eorumque conſultores.

Difficillimos eſſe caſus hæreditarios filiarum regredientium, experientia docet, cumprimis ubi exiſtunt filiæ plures diverſorum graduum & confuſio facta plurium hæreditatum. Tales controverſiæ optimo conſilio tranſactione finiuntur, longa enim eſſet ſolet materia diſceptationis judicialis.

(1) Vid. Hodiernam *ad L. hac Edictali. Cod. de ſecund. Nupt. quæſt. 11. num. 55. ſeqq.* Merlin. *controv. 894. num. 7.* Covarruv. *ad cap. quamvis pactum. in 6to. part. 3. §. 3.* Hartman. Piſtor. *lib. 4. quæſt. 6. num. 52.* Fromman. *de Exiſtent. condit. pacti renunciat. theſ. 65.*

OBSER-

# OBSERVATIO CCL.

## *De Jure Separationis Creditori competente, qui in bonis Debitoris hypothecæ ſubjectis ſcriptus eſt hæres.*

VIduæ conventæ actione pro dote, oppoſita erat qualitas hæredis mariti: non confecti inventarii, & confuſionis bonorum: alienaſſe etiam viduam bona mariti. Reſpondit vidua: maritum ex bonis paternis tantum fuiſſe obligatum, ergo neque hæredem ulterius eſſe obſtrictum. Verum hæc reſponſio petebat id quod negatum fuerat in principio. Majoris momenti erat reſponſio, quod vidua eſſet creditrix pro illatis, dote & paraphernalibus, quorum valor excederet longe facultates mariti ſibi relictas. Illationem etiam probaverat per autographa mariti. (1) Ergo deberi viduæ prælationem in bonis à marito quæſitis mediante pecunia uxoris. Proinde inventario opus non fuiſſe, neque etiam confuſionem bonorum inductam. (2) Oblata fuiſſe ſororibus mariti omnia ejus bona, ſi vellent ſatisfacere viduæ, quod tamen recuſaſſent, (3) unde neceſſitate coacta vidua curam habuerit bonorum, non abſque damno ſuo, eaque in ſtatum multo meliorem deducta vendiderit. (4)

Neque privari poſſe viduam Jure ſeparationis, ſi vel maxime aliquid ex bonis paternis in hæreditate mariti remanſiſſet. (5) Tandem liberari viduam exhiben-

hibendo loco inventarii deſignationem, ſub fide jurisjurandi. (6) Hæc omnia perquam nota fuiſſe ſororibus tribus, quæ accepta ſumma leviori tranſegerunt ſolenniter, interventu plurium conſanguineorum. Hæc in ulteriore conſultatione diſcutienda fuiſſent, non absque difficultate, ut adeo prudenter inita fuerit tranſactio.

(1) Vid. Ant. Fab. *lib. 4. Cod. tit. 14. definit. 24. num. 1.* Carpzov. *lib. 3. Reſponſ. 24. num. 7.*

(2) Vid. *L. 89. ad SCtum Trebell. L. 3. de ſeparat.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 9.* Ant. Fab. *in Conjectur. lib. 7. cap. 16.* Lauterbach. *diſſertat. de Confuſione theſ. 60.*

(3) In rebus immobilibus ſufficit oblatio verbis in Judicio facta ad liberationem ab uſuris, Struv. *Excrc. 47. theſ. 79.* ubi Müllerus *lit. H.* Gylman. *tom. 2. Symphorem. part. 2. vot. 22. num. 105. pag. 75.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 2. num. 108. 126. ſeqq.* In ſpecie de muliere ratione dotis oblatæ, *L. 72. ff. de ſolut. L. 105. & 73. §. fin. de V.O. L. 32. §. fin. de uſur. L. 173. §. 2. de Reg. Jur.*

(4) Quod absque damno retineri non poteſt, Jure alienatur, Molignat. *de Jur. Retent. quæſt. 373.*

(5) Separationis jure fruitur creditor bonis hypothecario jure inſiſtens, qui ſcriptus eſt hæres debitoris, *L. 59. ad SCtum Trebellian. L. 3. de ſeparat.* Ant. Fab. *lib. 7. Cod. tit. 32. definit. 24.* Zanger. *de Exception. part. 3. cap. 9.*

(6) Brunneman. *ad L. fin. Cod. de Jur. deliber. num. 60.* Schilter. *Exerc. 50. theſ. 51.*

OBSER-

# OBSERVATIO CCLI.

## *Exemtio Nobilium* de Eglofſtein *à Judicio Rohtwilenſi.*

EXemtiones ab hoc Foro plurimæ ſunt tributæ Imperii Principibus & Statibus, ab Imperatoribus, ita ut etiam Vaſalli eorum exemtione gaudere poſſint. Jamdudum ante inſtitutum Camerale Judicium Privilegia ejusmodi conceſſa legimus, atque ita ſucceſſivè, cumprimis verò creſcente Judicio Camerali, decrevit Rohtwilenſe. Non tractantur in eo cauſæ appellationis, ſed tantum primæ Inſtantiæ, vid. *Commentat. Syſtemat. ad Jus Cam. pag. 384. ſeq.* Frequentes ſunt à Rohtwilenſi Judicio ad Cameram appellationes. Et, ſi forte contra Privilegium exemtionis Proceſſus decreverint Rohtwilenſes, conceditur petentibus in Camera Mandatum Caſſatorium & Inhibitorium. Noviſſimum ejus rei eſt exemplum in cauſa **Obmann und Gemeinen Geſchlechts von Egloffſtein** contra **das Kayſerliche Hof-Gericht zu Rohtweil** 15. Martii 1732. Probationem exemtionis ex Privilegio Bambergenſi in Camera productam hic ſubjungimus:

### *Num. 1.*

Der Röm. Kayſerl. Majeſtät ꝛc. reſpectivè würckliche, dann des Heil. Röm. Reichs unmittelbar-Freyer Ritterſchafft Landes zu Francken/ Orths Gebürg ꝛc. erbettene Räthe und Außſchuß ꝛc. bekennen hiermit auf Erſuchen/ ſub fide



publica,

publica, und zu Steuer der Wahrheit / daß der unſer Ritter-Orth incorporirten Reichs-unmittelbaren Familiæ von Egloffſtein Güther / benanntlich **Mühlhaußen / Cunreuth / Bieberbach / Burglöſau** / und **das Stamm-Hauß Egloffſtein** ſelbſt notoriè im Bambergiſchen Territorio und innerſten Land-Gräntzen / ſo gar das Caſtrum **Mühlhaußen** cum Appertinentiis nur bey einer guten Stunde von der Hochfürſtl. Bambergiſchen Reſidentz gelegen / ſomit bemeldte **Reichs-Adeliche von Egloffſtein** des Kayſerlichen Hoch-Stiffts Bamberg Vaſallen ſind / und des beneficii primæ Inſtantiæ bey ihren Unterthanen / und der Kayſerlichen Exemtions-Privilegien vor fremde Land- und Hof-Gericht / nebſt den Ihrigen / nicht gezogen zu werden / * ingleichen aller andern Immunitäten und Freyheiten des immediaten Reichs-Adels unwiderſprechlich zu genießen habe. Urkundlich haben wir gegenwärtiges Atteſtat unter Vordruckung unſers Ritter-Orths größern Secret-Inſiegels wiſſentlich außfertigen laſſen. So geſchehen den 2. Februarii 1732.

(L. S.)

*Num. 2.*

Auf unterthänige gehorſame Gegen-Remonſtration, juncto petito legali, Johann Chriſtian Köpplingers / Bürger und Inwohners zu Dechelsdorff / wider die beyde Baron Egloffſteiniſche Vögte / Andreas Lauterbach / und Andreas Mülich zu Mühlhaußen / puncto prætenſi Fori Exemtionis, iſt erkennt: Dieweilen aus denen angerühmten-nicht zwar originaliter, ſondern nur im Druck copialiter, contra ſtylum & ordinem Judicii producirten Privilegien, die ohne dem dieſem Kayſerlichen Hof-Gericht allenfals nicht inſinuirt worden / zu erſehen / daß die Exemtion nur auf Chur-Fürſten und Grafen

* vid. Wehner. *ad Reformat. part. 3. tit. 4.* Gylman. *Symphorem. tom. 6. fol. 53.*

Grafen in Francken ſich extendire / und keines wegs auf diß-ſeitiges Kayſerliches Dicaſterium gezogen werden können / um ſo weniger als darinnen ſelbſten die höchſte Kayſerliche Tribunalia außgenommen und vorbehalten ſeynd / auch wi-der dieſes Kayſerlichen Hof-Gerichts Privilegia, Confirmationes, Ordinationes, Fundationes, & Mandata tam declaratoria quam caſſatoria & derogatoria, ſchnur ſtracks lauffen / als weiß man die Sach nicht; Wo demnach Beklagte auf die Juridica poſt Jubilate 1729. außgangen / und inſinuirte Ver-kündung ſich zum Rechten nicht legitimiren und globalediren werden / biß Zünſtag nach Dominici nochmalen endlichen / daß die Sach ex officio vor beſchloſſen angenommen / und wider ſie Beklagte mit Aacht und Anleithen ſeiner Ordnung nach / wie Recht / gericht werden ſolle. Geben mit Urthel und des Kayſerlichen Hof-Gerichts zu Rohtweil aufge-druckten Secret-Inſiegel / beſiegelt Zünſtag nach Erasmi 1731.

(L. S.)

## *Num. 3.*

NAchdem Obmann und das Gemein Geſchlecht von und zu Egloffſtein bey allhieſiger Hochfürſtlicher Regierung gezie-mend zu erkennen gegeben / wie ein unruhiger / mit ärger-lichem Leben und übel Hauſſen beruffener Egloffſteiniſcher Angehöriger zu Dechelsdorff / Johann Chriſtian Köpplinger / wider ihrer beyder Beamten Rechtlich fürgenommenes Ver-fahren bey dem Hof-Gericht zu Rohtweil eine Citation per ſub- & obreptionem außgewürcket / wogegen von Seiten Eingangs gedachten Obmann und Gemein Geſchlecht am Kayſerlichen und Reichs Cammer-Gericht pro Mandato caſſatorio, inhibitorio & reſtitutorio S. C. angeruffen / hinge-gen zur Vor-Reſolution ertheilet worden / anvörderſt die Execution von ermeldtem Rohtweiler Hof-Gericht glaub-

hafft zu beſcheinigen; Dannenhero mehr erwehnte Obmann und Gemein Geſchlecht von Egloffſtein gebührend angeſucht/ hierinfals ein Authentiſches Zeugnuß denſelben zu ſtatten kommen zu laſſen / und nun es mit dieſem Vorfall an dem iſt / daß Außweiß derer von denen Römiſchen Kayſern *Carolo* dem Dritten / *Ruperto*, *Friderico Tertio*, und *Maximiliano Primo* Allerglorreichſter Gedächtnuß / in Annis reſpectivè 1376. 1401. 1442. und 1495. dem **Biſt- und Fürſtenthum Bamberg** zugelegter **Befreyungen** / das beſondere Privilegium ertheilet / und reſpectivè bey Pœn 50. Marck Löthigen Golds beſtättiget iſt / daß kein **Bambergiſcher** *Vaſall*, Diener / Unterthan / oder Hinterſaß / weder Geiſtlichen noch Weltlichen Stands ꝛc. für fremde Land-Gerichter / und beſonders für das Hof-Gericht zu Rohtweil evocirt werden ſolle oder könne; Zu welchen Kayſerlichen Privilegiis und darauf gegründeter unterbrochener Obſervantz ſich das ſämtliche Geſchlecht **derer von und zu Egloffſtein** um ſo mehr qualificiret / als ſolches durchgehends dem Fürſtenthum Bamberg mit dem nexu Vaſallagii unwiderſprechlich zugethan / auch mit ihren Güthern / benanntlichen mit dem Stamm-Hauß Egloffſtein / Cunreuth / Bieberbach / Burglöſau und Mühlhaußen / in Hochfürſtl. Bambergiſchen Territorio und innerſten Land-Gräntzen / auch mit dem letzten Orth einige Stunden von der Reſidentz Bamberg gelegen ſeynd / mithin ſich der Hochfürſtl. Bambergiſchen Befreyung und Exemtion von dem Hof-Gericht zu Rohtweil mit denen Ihrigen allerdings zu erfreuen haben; Solchem nach wird dieſes alles in Krafft gegenwärtiger mit dem Hochfürſtl. Bambergiſchen gröſſern Cantzley-Secret beſiegelter Urkund hiermit beſtättiget und atteſtirt. Bamberg den 5. Martii 1732.

(L. S.)

OBSER-

# OBSERVATIO CCLII.

## *Deſiderata quædam in Proceſſibus Cauſarum Leodienſium.*

DE Legibus quas obſervandas habet unumquodque Judicium, vel conſuetudinibus diuturno uſu receptis nullus eſt hic ſermo, ſed de iis tantum rebus quæ relationem habent ad Judicium ſupremum Imperii, & quæ poſt deductam cauſam appellando ad Judicium Imperiale, curſum expeditionis valde ſufflaminant. Crediterim quidem ea quæ mox enarrabo, Advocatorum ſtudio magis, quam Judicibus ipſis eſſe adſcribenda: In tam magno enim qui eſt in Leodienſi Patria numero eorum qui Juri communi & Patrio dant operam, non poteſt non fieri, ut, quibus cura eſt Jurisprudentia vera non ſimulata, ſint pauci: Vixiſſe enim ſemper, vivereque hodie non ſolum in Collegiis Patriæ ad Juſtitiæ adminiſtrationem conſtitutis, verum etiam in Advocatorum Leodienſium ordine, Jurisconſultos eximios, certum habeo: Reliquis ſufficit ex cauſidicina quæſtum facere modo qualicunque. Non apud Leodienſes modo, ſed ubivis locorum idem reperitur defectus, non facilius corrigendus, quam emendari poſſunt vitia hominum. Pertinet tamen ad officium Judicis ut quæ accelerationi Juſtitiæ obſunt, quantum fieri cum ratione poteſt, tollantur vel reſtringantur omni meliori modo. Equidem ego is non ſum qui meditationibus

meis privatis Collegia Leodienſia, à Juris & Juſtitiæ adminiſtratione celebria, monenda eſſe putem. Licebit tamen, bona eorum pace, referre nonnulla, quæ ut aliter ſeſe haberent in Judicio Imperiali ſæpe optavimus, monuimus quandoque, correcta nondum vidimus.

*Primum* eſt, quod in utroque Judicio Leodienſi primæ & ſecundæ Inſtantiæ, nec non Officialatu, in cauſarum tractatione nullus fere ſit modus, nullus ſcriptorum ad acta exhibitorum finis. Libellus actionis, quem in formula Citationis à principio comprehendere ſolent, quandoque brevitate magis & obſcuritate laborat, quam prolixitate: Petitionis fundamenta ſive documenta longe tardius producuntur: Qui legendo acta operam navat, cum in fine ſe eſſe credit, in principio ſe adhuc hærere, experitur. Eundem modum ſequitur pars rea, excipiendo. Per Libellum actionis clarum & fundamentis ſuffultum, tum verò per Exceptiones æque fundatas, porro Replicam, & Duplicam, graviſſimarum cauſarum momenta exponi poſſunt abunde ſatis. Et hoc in Camera Imperiali fit quotidie. Hic enim eſt verus & rectus omnium Proceſſuum forenſium ambitus, ut Actor omnia ſua fundamenta exponat in Libello: Reus viciſſim in Exceptionibus: Replica nihil agere debet, quam ut removeat Exceptiones: Duplica ut reſpondeat ad Replicam. Leodienſibus verò non ſufficit etiam Triplica, Quadruplica, & ita porro uſque ad Octuplicam: Sed poſtea novas

quæ-

quærunt Inſcriptiones, Concluſionum, Contradictionum, Deductionum reciprocarum, inſiſtentiæ, contra inſiſtentiæ & ſimilium, ut non poſſit non perlectio & nauſeabunda repetitio priorum eſſe tædio legenti, cumprimis verò in ſummariæ enarrationis opere, quam Extractum vocamus, ſupervacuus labor, ſimulque Juſtitiæ adminiſtrandæ, quam quidem uterque litigantium non ſemper exoptant, magno impedimento.

*Alterum* eſt, & ex priore fere reſultat, quod translationis Actorum ex Gallico idiomate in Latinum: Porro conſcriptionis, ſumtus ſint ſæpius plus juſto graves litigantibus. Hinc mora in exhibendis Judicio ſuperiori actis, & totius cauſæ dijudicationi injicitur. Non eſt ficta à me querela, ſed eam experimur in ipſis rerum argumentis. Teſtimonium præbet quoque Reſcriptum Cæſareum 17. Decembr. Anno 1726. in Camera Imperiali ad Acta quædam productum. (1)

*Tertium*, ex proximo haut raro conſequitur, quod in Imperiali Judicio, in omnibus fere appellationum cauſis, producantur documenta, mox negligentiæ in redimendis actis prioribus, mox contrarium diligentiæ, ubi appellans aliquid ſumtuum elargitus eſt: ubi ceſſat, illico obtinetur documentum negligentiæ, rurſusque pro re nata diligentiæ, quæ omnia ad eum finem tendunt, ut pars appellata mediante documento negligentiæ per ſententiam abſolutoriam à citatione, quæ habet effectum deſertoriæ, citius finem conſequatur,

tur, quam ſi acta magnæ molis à Referente futuro eſſent perlegenda & elaboranda: Viciſſim appellans per documentum contrarium diligentiæ, hoc præjudicium à ſe avertere ſtudeat. Atque ita contrariis documentis inſtructi Procuratores Cameræ, multis poſtulationibus viva voce in Judicio, quas Receſſus vocant, Protocollum ſæpius inutiliter implent. Videntur ſane Domini Leodienſes non ſemper meminiſſe qui ſit ſenſus verus, quænam praxis *§. 63. Receſſus Imperii Anni 1654.* (2) Non eſt vis & poteſtas Legis alia, quam hæc, ut in ipſo termino quem præfixit Judex appellanti ad accipiendum acta præſtitis præſtandis, honor exhibeatur Judici per requiſitionem iteratam. (3) Ubi ergo à Judice priore terminus ſive dies præfixus non eſt, inutiliter applicabitur *dictus §. 63.* Qua in re falluntur ſæpius Advocatorum aliqui non tantum Leodienſes, ſed etiam aliarum Germaniæ regionum. Nihil autem proficere iſtiusmodi documenta, experientia docet, niſi negligentia appellantis ſumma conſtiterit ex actis. Tale exemplum noviſſimum habuimus Anno 1732. quod Obſervationi eſt ſubjectum. (4) Actorum omnium compagem in Judicio aſſervari, quod fit alibi, Leodii moris non eſt, ſed Procuratores vel Advocati cuſtodiunt acta, quæ Judicio ab utraque parte tenore conformi ſunt exhibenda, quotiescunque Judex demandat. Proinde ſi appellans facta prius requiſitione debita, in deponendis actis ad translationem

in idioma Latina faciendam, vel in erogandis ſumtibus, præfixo etiam per Judicem termino præjudiciali, moram committat inexcuſabilem, tunc etiam uſus eſſe poterit *dicti §. 63.*

*Quartum*, ad ſolennia appellationum pertinet, quæ coram Conſilio Ordinario juxta præſcriptum in Privilegiis Imperialibus modum obſervantur: In reliquis Judiciis æque obſervari debuerant, ita enim ſcripta eſt Lex in Privilegio Cæſareo noviſſimo, (5) ſed tamen experimur, & in Inſtrumentis appellationum, imo ex teſtimoniis Procuratorum Leodienſium, legimus, à Judicibus adhuc tolerari morem priorem conſtitutioni ſolennium admodum ſalutari adverſum, & ridiculum, quod appellans Juramentum calumniæ præſtet non Judici, ſed Notario eidem qui appellationem ſuſcipit. Eaque differentia præſtitorum ſolennium vel in Conſilio Ordinario, vel coram aliis Judiciis, quæ tamen non minus cauſas graviſſimas perſonales in prima & ultima Inſtantia Leodienſi tractant, ex tenore Inſtrumentorum appellationis eſt dignoſcenda, quæ cum plerumque à Notariis ſatis male ſint conſcripta, facile poteſt accidere error: Evitari autem, ſi juxta tenorem Privilegii mos iſte penitus abrogaretur.

*Quintum*, vereor ne etiam cauſæ aliquid afferat ad præcedentia, *Secundum* & *Tertium*, quod Latini ſermonis cultus, olim Leodii celebratiſſimus, adeo degeneraverit, ut qui legendis ſcriptis judiciariis, la-

tinis verbis elaboratis, incumbere debet, non ad mediam vel infimam Latinæ Linguæ ætatem, ſed plane ad barbarorum civitatem perveniſſe ſe crederet; Non de omnibus loquor, ſed de plurimis & frequentioribus. Scio enim & legi ſcripta ab Advocatis quibusdam Leodienſibus etiam latinè cum induſtria compoſita: Vidi rationes decidendi Judicum, cumprimis Conſilii Ordinarii, in quibus cavetur omnis ſermonis barbaries. Ex iſto ſermonis latini neglectu ſequitur, quod ſufficere credant plerique, ſi fingendo etiam vocabula nova, & Gallica ad Latinam terminationem inflectendo, (6) intelligi poſſint qualicunque modo. Verum etiam turpiſſimi quandoque committuntur errores in translationibus ex lingua Gallica. Cum enim Supplicationibus pro Proceſſibus in Camera Imperiali impetrandis adjungantur documenta ex actis prioribus, non per Actuarium Judicii, vel translatorem jurejurando obſtrictum, ſed per Notarium in Latinum idioma verſa, hic, ſi Latine interpretari neſciat, ſunt autem plurimi ex iſtis, quibus ut humaniorum literarum magis eſſent ſcientes, optaremus, erroribus valde eſt obnoxius, (7) Judex verò appellationis eodem errore fallitur. Præſtaret itaque ut omnia iſtiusmodi adjuncta, non tantum Latinis verbis, ſed ſimul cum Gallicis à latere ſcriptis exhiberentur. Eſt enim Gallica lingua, tametſi in Judicio Cameræ non recepta, ita tamen familiaris eruditis, ut in translationibus error facile poſſit detegi. Accuratio-

res

res eſſe ſolent translationes Actorum Judicialium per viros ad hunc laborem adſumtos, & Juramento obſtrictos facta: periculum tamen eſt, ne iſte translator, ſi fortè ſit linguæ Latinæ minus peritus, in errorem aliquem incidat, præcipue in verſione documentorum, ex quibus cauſæ dependet deciſio. Dixi ſupra de vocabulis novis fictis, per quæ non intelligo ea, quæ longo uſu ſunt recepta apud Leodienſes, & in *Nomenclatore* operi *Meani* ad Jus Leodienſe ſubjuncto, recenſentur, ſed de novis, qualia fingendi licentiam unusquisque cauſidicus leviter edoctus ſumit ſibi, adeo ut novo hodie opus ſit fere *Nomenclatore* vel *Gloſſario* iſtiusmodi ſolœcismorum. Non requirimus ſcientiam & diligentiam ſummam Grammatices in rebus forenſibus, neque adeo ſenſibili ſumus palato; Sed ea tantum vitari diligenter optaremus, quæ intellectui rerum officiunt, tædium labori faciunt, & accelerationem Juſtitiæ impediunt. Eſt denique

*Sextum*, ad conſcribendorum Actorum priorum induſtriam pertinens, quod ubi dies & menſis exhibitorum Scriptorum vel Receſſuum breviorum annotantur, annus ſemper ſit omiſſus, & nonniſi longa & impediente revolutione foliorum quærendus, cum facile annus poſſet adſcribi, vel in fronte cujusque paginarum notari. Indices etiam Actorum vel non præfiguntur, vel non ea, qua opus foret, diligentia, adeo ut Referens plerumque neceſſe habeat operam conficiendi

indicis qui ad elaborationem Actorum utilis eſſe queat, impendere.

Hæc & fortaſſis alia quæ uſus docet, quomodo ſint emendanda, ego relinquo iis quorum hoc eſt officium.

(1) *Copia Reſcripti Cæſarei ad Epiſcopum & Principem Leodienſem in cauſa Patrum Carmelitarum contra Viduam Lœts.*

CAROLUS Sextus &c. &c.

EXpoſuerunt nobis humillime Patres diſcalceati Leodienſes in binis libellis, hic in exemplis annexis, graviſſimas contra ConſiliumDevotionis tuæOrdinarium, & præprimisActorum transſumtatores, querelas, quod nimirum prædicti Patres pro incipienda Actorum transſumtatione in cauſa Appellationis inter eosdem & Viduam Lœts vertente 120. Florenos Brabantinos, & duabus poſthac vicibus 680. ejusmodi Florenos erga fœnus ſeu intereſſe annuum mutuo acceptos ſolverint, intellexerint autem ab ipſomet horum Actorum translatore, præfatas ſummas haud ſufficere, ſed oportere ut Appellantes ad 3000.Floren.Brabant. pro ſola dicta transſumtatione & in circa totidem Juribus Conſilii Ordinarii, cauſæ Referente, Actuario & ejus memorato Transſumtatore, pro collatione atque redemtione Actorum præparent; humillime nos orando, ut, cum ſupplicantes ejusmodi immenſis & minus juſtis expenſis ſint impares, beneficioque pauperum digniſſimi; Præterea cum Notarius Imperialis Mertens ad id genus translationis munia jam tum adhibitus, egeſtati Patrum compatiens & ſaniora æquitatis principia præ ſe ferens laborem iſtum pro mercede modica in ſe ſumere velit, nos eosdem ab his gravibus impenſis ſuprema auctoritate Cæſarea liberare clementiſſima dignaremur. Cum igitur de ſtatu, conditione ac mediis appellantium

tium Patrum, tum de exceſſivis & plane enormibus, vagoque ex arbitrio derivatis taxationibus dictorum transſumtatorum, ad transferenda è Gallica in Latinam linguam Acta Judicialia conſtitutorum, melius jam informati ſimus, nec fas ſit, per ejusmodi intolerabiles exceſſus Patribus, ad Sacram Juſtitiæ ſuperioris aram confugientibus, viam aut difficiliorem reddi, aut potius præpediri ſinere.

Hinc devotionem tuam hisce ſerio monemus, ut non ſolum licentioſis prædictis Actorum taxationibus, conſtanti, juſta & irreprehenſibili Ordinatione cauſæ relationis & Actuarii Conſilii Ordinarii, nec non quod præ repetito transſumtatori ulterius pro collatione ac redemtione Actorum transſumtatorum, uti & pro Juribus Conſilii magnam pecuniæ ſummam parem interdum exſolvere oporteat, omnino ſi non tollere, ſaltem juſtè moderari ſtudeat. Verum cum in caſu obvertente enormem actualis transſumtatoris prætenſionem, quam Notario Cæſareo, & Procuratori Appellantium, quantum pecuniæ adhuc deſideraretur interrogantibus, ſignificare: atque ultra acceptos octingentos Florenos Brabantinos ad ſummam aliorum 3000. Florenorum determinare haud erubuerit, in orbitam & cancellos æquitatis actualiter eum in modum reducat, quo vel pro mercede, qua Notarius Mertens approbatus, ut fertur, translator contentum ſe fore declaravit, Acta quæſtionis ſine mora & cunctatione ille ipſe vertat, vel huic ſoli opus perficiendum relinquat, ſub ea comminatione, quod niſi optioni datæ intra duos menſes dictus modernus transſumtator morem gerat, ſuis propriis ſumtibus alteri cuidam præfatorum Actorum verſionem concredendam fore, ſit comperturus. Quo ſuper & quid ab una vel altera parte factum declaratumve ſit, aut fieri velit, nos intra duos menſes ab harum inſinuatione proximos humillimam à devotione tua præſtolamur informationem. Eidem gratiæ &c. &c. Viennæ decima ſeptima Decembris 1726.

 (2) Trans-

(2) TranslatioTextus ex lingua Germanica in Latinam, cum aliqua Paraphraſi, erit ſequens: Appellans, licet poſt appellationem interpoſitam intra dies triginta Actorum priorum editionem à Judice petierit, id quod ſub pœna deſertionis faciendum eſſe *§. præcedente 60.* præcipitur; Nihilominus, ſi Judex prioris Inſtantiæ terminum præfixerit ad accipiendum præſtitis præſtandis Acta priora, juxta *§. 62.* ſigillo judiciali occluſa, appellans in iſto termino tenebitur requiſitionem actorum repetere, & de facta hac iterata requiſitione documentum ulterius Judici Appellationis producere, quod, niſi fecerit appellans, pœnam incurret, ut Appellatus à Citatione ſit abſolvendus.

(3) Vide *Commentat. Syſtemat. ad Jus Camerale ſect. 3. §. 2. pag. 252. ſeq.*

(4) *Expedit. 13. Octobris 1732.*

IN cauſa de Zegrad contra Bartholdum de Wanſoul, Appellationis deciſæ, nunc petitæ Reſtitutionis in integrum adverſus Sententiam abſolutoriam à Citatione: Viſis Actis, oblationem ad Juramentum Reſtitutionis per Dr. Goy Procuratorio nomine, non uti oportebat, pure factam, improbamus: Tum vero rejectis omnibus in hac Reſtitutionis Inſtantia allegatis cauſalibus, ceu minime relevantibus, petitam Reſtitutionem in integrum denegamus, ſed prædictæ Sententiæ noſtræ abſolutoriæ, Anno 1731. 15. Martii pronunciatæ, inhæremus, implorantem in expenſas etiam hujus inſtantiæ appellato refundendas, prævia moderatione noſtra, condemnantes: Conſilium verò Ordinarium Leodienſe, ne in poſterum in cauſis Appellationum, prout in præſenti factum eſt, tam variis crebriſque teſtimoniis, mox negligentiæ Appellantis in cura transferendorum deſcribendorumque Actorum priorum, mox ejusdem diligentiæ, rurſusque negligentiæ, rem in incertitudine ponant, verum ut ad *Receſſum Imperii Noviſſimum §. 63.* hoc in puncto melius attendant, admonentes.

(5) Verba

(5) Verba Privilegii Cæſarei Noviſſimi de Anno 1721. 27. Junii, in Camera Imperiali inſinuati & acceptati ſunt hæc :

*Ita ut deinceps à ſententiis Patriæ Leodienſis & Comitatus Loſſenſis Judicum, in* cauſis auctam *nunc* ſummam excedentibus, *appellare volentes, teneantur non ſolum infra decem dies coram iisdem Judicibus appellationem interponere,* ibidemque *Juramentum & Cautionem ſufficientem atque idoneam de fructibus & expenſis, damnis & intereſſe, in caſum ſuccumbentiæ adverſario refundendis, præſtare, verum etiam (niſi exceſſus in ipſa ſententia exponatur)* hujusmodi exceſſum ſcripto deducere, *ac habito reſpectu, non ad propriam ipſorum æſtimationem, ſed ad verum, legalemque valorem per legitimas probationes, non autem Juramento, probare nec Epiſcopus ſeu Judices illius nomine in ditionibus jam dictis judicantes, Appellationibus deferre, aut à ſuarum ſententiarum executione deſiſtere prius teneantur, quam ejusmodi probatione completâ, prædictus exceſſus declaratus fuerit, neque propter hoc reputentur Judices jam dicti contra Nos vel Sacrum Imperium quidpiam feciſſe, pœnamve aliquam incurriſſe.*

Vid. *Commentat. Syſtemat. in Append. pag. 199.* adde *Catalogum Privilegiorum Commentat. Syſtemat. adjunctum pag. 36. ſeq.* & *pag. 179. ſeq.*

(6) Verbi gratia : ***Entretenir*** vertitur per ***intratenere***. ***Accorder*** per ***accordare***, ***refuſer*** per ***refuſare***, & multa ſimilia.

(7) Ita vidimus vocem *nous ſuſpendons*, translatum per *nos removemus*, quaſi eſſet idem ſuſpenſio ab officio, & remotio, contra latini ſermonis proprietatem.

OBSER-

# OBSERVATIO CCLIII.

## *De Remiſſione quam Suprema Imperii Judicia mutuo ſibi facere ſolent cauſarum in alterutro cœptarum.*

FUndamentum eſt non ſolum in ipſa utriusque Judicii Supremi conſtitutione, ſed etiam in Capitulationibus Cæſareis, (1) & in Ordinatione Judicii Aulici. (2) Error tamen accidere poteſt, ſi de lite in altero Judicio præventa, alterum Judicium non ſatis fuerit informatum. Quo caſu Imperator non mandat ſibi ipſi remiſſionem, ſed adverſus partem quæ in altero Judicio per ſub- & obreptionem aliquid obtinuit, dirigitur Mandatum pœnale Sine Clauſula de continuando litem ubi cœpta. Sæpius ita factum novimus. Inter Nobiles *de Rhelingen*, qui feudum habent Imperiale, & Epiſcopum Auguſtanum, ob controverſiam quandam turbatæ poſſeſſionis cœptus Proceſſus fuit in Camera Imperiali Anno 1593. & uſque ad concluſionem, Anno 1622. cauſa perducta fuit. Rudolphus II. Imperator per Reſcriptum 10. Januarii Anno 1596. maturationem Juſtitiæ Collegio Camerali demandavit. (3) Inter bellicas Germaniæ tempeſtates cauſa quievit. Acta integra Spirenſia ſalva manſerunt, ſucceſſoribus Nobilibus *de Rhelingen* forte non cognita. Cum ergò hi ad Judicium Imperiale Aulicum cauſam deducere ſtuduiſſent, & concluſa quædam obtinuiſſent, Actis integris tandem

ſalvis

ſalvis repertis & ex arce Aſchaffenburgenſi, ubi plurima antiqua adhuc aſſervantur, (Wetzlariæ enim locus Actis aſſervandis ſufficiens à periculo & ſecurus adhuc expectatur) ad locum Cameralis Judicii delatis, petente Domini Epiſcopi Auguſtani Procuratore, non dubitatum fuit Mandatum adverſus Nobilem de Rhelingen decernere formula ſolita 11. Junii 1732.

(1) Vid. *Capitulat. Caroli VI. Imperat. Artic. XVI.*

(2) *Ordinat. Judic. Imper. Aulici tit. 2. §. 8.* junge Uffenbach. *de Conſil. Imper. Aulic. cap. XII. ſect. III. pag. 153. ſeqq.*

(3) *Copia* Kayſerlichen *Reſcripti.*

RUDOLFF der Ander von GOttes Gnaden / Erwählter Römiſcher Kayſer / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc.

Ehrwürdiger Fürſt / Lieber Andächtiger; Auch Wohlgebohren / Edel / Ehrſam / Gelährt / und Liebe Getreue.

IN was Rechtfertigung unſer und des Reichs Lieber Getreuer Marx Rhelinger gegen den Ehrwürdigen Johann Otten / Biſchoffen zu Augſpurg / unſern Fürſten und Lieben Andächtigen / von wegen neuerlicher Irrung und Eingriff zu Kleinkhitzighoffen / ſo von uns und dem Heiligen Reich zu Lehen rühret / an unſerm Kayſerlichen Cammer-Gericht ſtehet / das iſt Dr. Andacht und Euch unverborgen / und haben es um ſo viel deſto eigentlicher / aus inliegendem des Rhelingers uns fürbrachten Suppliciren / ſamt deſſelben Beylagen / zu vernehmen.

Ob wir uns dann wohl keinen Zweiffel machen / Dr. Andacht und Ihr werden ihres Theils / was zu förderlicher Erledigung der Sachen fürträglich / und von unſers und des Heiligen Reichs Lehen-Intereſſe wegen diſsfalls zu thun billig / die Gebühr in acht nehmen und fortſetzen: Jedannoch auf Anruffen ermeldten unſers Lehen-Manns / des Rehlingers / auch um jetztberührten unſers und des Heiligen Reichs dabey habenden Gerechtſame willen; So haben wir Dr. Andacht und Euch deſſen hiermit abſonderlich erinnern wollen / darauf an Dr. Andacht und Euch gnädiglich geſinnend und begehrend / ſie wollen auf dieſe Sache gute Aufmerckung haben / und daran ſeyn / damit im Proceſs ſchleunig verfahren / auch ſo viel ſich ſalvâ Juſtitiâ thun läſſet / unſer und des Heiligen Reichs Lehen gehandhabt / und mit keiner Neuerung beſchwehrt werde: Deß thun wir uns zu Dr. Andacht und Euch gäntzlich verſehen / und ſeynd ihnen mit Kayſerlichen Gnaden geneigt. Geben auf Unſerm Königlichen Schloß zu Prag / den Zehenden Tag des Monaths Januarii Anno &c. im Sechs und Neunzigſten ꝛc. Unſerer Reiche des Römiſchen im Ein und Zwanzigſten / des Hungariſchen im Vier und Zwanzigſten / und des Böheimiſchen auch im Ein und Zwanzigſten.

**Rudolff.**

*Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.*

J. W. Freymer. D.

An. Hanniwaldt / Mppriâ.

*Inſcriptio:*

Dem Ehrwürdigen unſerm Fürſten / Rath / und Lieben Andächtigen / auch Wohlgebohrnen / Edlen / Ehrſamen / Gelährten / Unſern und des Reichs Lieben Getreuen N. Cammer-Richter / Præſidenten und Beyſitzern Unſers Kayſerlichen Cammer-Gerichts.

OBSER-

# OBSERVATIO CCLIV.

## *Decernitur Reſtitutio Appellantis brevi manu, ſi per negligentiam Procuratoris Appellatio debito tempore non fuit introducta.*

SEntentia à qua erat publicata 28. Martii 1721. & Appellatio rite interpoſita, Procurator etiam pro introductione rogatus, eique quæ neceſſaria erant tranſmiſſa: Hic verò dudum poſt effluxam quadrimeſtre ſpatium, absque petita prorogatione, Supplicam pro impetrandis Proceſſibus exhibuerat. Non potuit ergo non conſequi Decretum denegatorium 25. Januarii 1723. Detecto tandem errore, alius conſtitutus Procurator recenſendo factum uti erat, Reſtitutionem petiit. Hunc Procurator prior, ideo quod negligentiam ipſius accuſaſſet, injuriarum actione convenit. Nulla autem erat culpa Appellantis, quia de Procuratorum Cameræ diligentia erat perſuaſus. Utrique ergo liti finis impoſitus, juxta Gail. *lib. 1. obſervat. 45.* & Mev. *part. 3. deciſ. 29.* Decreto ſequente: (1)

(1) SInd Dris. S. Principalen zuförderſt brevi manu adverſus lapſum Fatalium introducendæ, ſonderlichen dieſer Sachen Umſtände nach / reſtituirt / darauf die gebettene völlige Appellations-Proceſs erkannt / auch Fatalia à dato auf 2. Monath ex officio erſtreckt. Dann wird Dr. S. und ſeine Principalen von anmaßlicher reſpectivè Injurien-Klage / und gemachter Forderung abſolviret: Hingegen Dr. N. in die Zeit des Reſtitutions-Proceſſus aufgeloffene Gerichts-Koſten/

ſten/ denen Appellanten nach Rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen/ fällig ertheilet: Anbey wider ihn/ um willen er dieſe Sache auf verſchiedene unverantwortliche Weiſe vernachläßiget/ die Strafe einer halben Marck Silbers/ innerhalb 14. Tagen in den Armen-Säckel ſub pœna dupli & realis Executionis zu erlegen/ hiermit vorbehalten. In Conſilio 20. Auguſti 1727.

# OBSERVATIO CCLV.

## *Officialis Oſnabrugenſis Jurisdictio eſt univerſalis, etiam in cauſis Clericorum Auguſtanæ Confeſſionis. Sed in iis Appellatio deducitur ad Imperii Dicaſteria, non ad Judicem Superiorem Eccleſiaſticum.*

Dictum ea de re fuit *Obſervatione præcedente CCXXXVIII.* Fundamentum eſt in *Capitulationis perpetuæ Oſnabrugenſis §. XIX.* Clerici Auguſtan. Confeſſ. ſive ſint Capitulares ſive Secundarii Ordinis, licet Officialem tanquam Vicarium Epiſcopi Oſnabrugenſis Judicem agnoſcant, non tamen tenentur Jurisdictione Metropolitica, quia hæc eſt merè Eccleſiaſtica & Curiæ Romanæ ſubordinata. An verò à Decretis Capituli Cathedralis provocatio admittatur ad Officialem? Diſputatum fuit aliquando, & allegata exempla cauſarum, quæ à Capitulo delata non ad Officialem, ſed immediate ad Nuncium Pontificis, qui reſidet Coloniæ. Opponebatur etiam, litem eſſe inter Capitulum & Officialem in Curia Romana pendentem. Verum hæc quæ

addu-

adducuntur exempla, ſuere inter utramque partem Religionis Roman. Catholicæ, ergo adverſus perſonas Auguſtanæ Confeſſionis fruſtra allegantur vel ut præjudicia. Deinde Officialis Epiſcopi Juriſdictio eſt univerſalis & ordinaria, *dicto §. XIX. Capitulat. perpet.* quam qui defugit, exceptionem probare debet. Capitulum Cathedrale non eſt absque Judice ſuperiore. (1) In cauſis Clericorum Auguſtanæ Confeſſionis non eſt ſuperior alius immediatus quam Officialis. In iis quæ ad univerſum Syſtema Oſnabrugenſis Epiſcopatus pertinent, non alius Judex quam Supremus in Imperio. (2) Ergo ab Officiali valebit appellatio ulterior ad Judicia Imperialia. Capitulationis perpetuæ ſæpius vitioſe typis excuſa exempla duo authentica obtinuimus, unum ex Cancellaria Oſnabrugenſi, quod adjunctum eſt Privilegiis Cæſareis, Neuhuſii Anno 1717. excuſis. Alterum ex Archivo Hannoverano, quod adjunctum eſt Libello Memoriali ad Corpus Evangelicorum in Comitiis Domini Epiſcopi Erneſti Auguſti nomine exhibito: Viſum itaque fuit apographum *Appendici Obſervationum* inſerere.

(1) Vide *Deduction* **und Erläuterung vom Herkommen/ Amt und** *Juriſdiction* **der** *Archi-Diaconorum Oſnabrugis editum Anno 1717. §. VIII. pag. 89. ſeqq.* Auctor hujus ſcripti in titulo nominatur Theologus & JCtus Romano-Catholicus. Stylus verò & omnis tractatio indicare videtur auctorem Auguſtanæ Confeſſionis.

(2) Notabile eſt ea de re Concluſum Imperialis Judicii Aulici quod ſequitur:

*Mercurii 30. Maji 1731.*

Zu Oßnabrück Dom-Capitulares A. C. in ſpecie von Nehem contra von Kerſſenbrock / in puncto optatæ Curiæ Canonicalis ſive Implorantiſchen Anwald Anton Nuß ſub præſentato 10. Aprilis nuperi, exhibet allerunterthänigſte Remonſtrationem über die von dem Dom-Capitul zu Oßnabrück contra Inſtrumentum Pacis, & perpetuam Capituli Oſnabrugenſis Capitulationem vigore Sententiæ Romæ latæ intendirende Innovation und Combination eines Canonicat-Hofs mit der Dom-Probſtey allda / junctis precibus pro clementiſſimè reſpectivè decernendo Reſcripto ad D. Cardinalem Cienfuegos, & Mandato ad Capitulum Oſnabrugenſe de non innovando aut turbando, ſed planè ab intentata Combinatione deſiſtendo; appon. Lit. A. B. C. D. & E. in duplo.

Idem Muſs ſub præſentato den 2. hujus exhibendo allerunterthänigſte Anzeige ad Exhibitum de 16. Aprilis nuperi, ſupplicat humillimè pro clementiſſimè ob moræ periculum maturanda Reſolutione & deferendo petitis.

Idem ſub præſentato 21. ejusdem exhibendo allerunterthänigſte fernere Deductionem und Anzeige ad exhibita de 16. Aprilis nuperi, & 2. hujus ſupplicat humillimè pro clementiſſimè ob moræ periculum & emergens damnum maturanda eorundem Reſolutione & decernendo Mandato pœnali S. C. inhibitorio necnon cauſam Româ avocando, appon. Lit. F. in duplo.

Econtra Impetratiſchen Anwald Johann Niclaßen Vogel ſub præſentato 16. ejusdem exhibendo allerunterthänigſte Vorſtellung / ſupplicat humillimè pro clementiſſimè remittendo impetrantem ad Forum Eccleſiaſticum ab ipſo ſemel electum.

1. Wird dem Supplicanten von Nehem hiermit / daß er in einer in die beſondere Haupt-Verfaſſung des Oßnabrückiſchen Stiffts einſchlagende- und ihrer Eigenſchafft nach / keiner andern / als der

Kay-

**Kayſerlichen Majeſtät Entſcheidung unlaugbar zukommenden** ſ von beklagtem Theil aber fernerweit gebrachten Sache / dem hierum gantz unbefugten Foro gefolget / mit Kayſerlicher Ungnad verwieſen / Kayſerliche Majeſtät befehleten demnach ihme Supplicanten bey Vermeidung ſchwehrer Kayſerlicher wohl empfindlicher Ahndung ernſtlich / hinkünfftig wieder dergleichen zu unternehmen / noch denen in dieſer Sache à Judice incompetente ergangenen Judicatis im mindeſten Folge zu leiſten.

2. Fiat Decretum an den von Kerſenbrock / Ihro Kayſerliche Majeſtät hätten höchſt mißfällig vernommen / was geſtalten in einer aus denen des Heiligen Römiſchen Reichs Haupt ſ Grund ſ Geſetzen zu erledigen ſtehenden Sache / er ſich in ſo weit gegen die ihme nothwendig beywohnende Erkänntnüß verleiten laſſen / daß er **die Kayſerliche Majeſtät / als in derley Gelegenheit alleinigen allerhöchſten Richter** vorbey / und andere hierum nicht befugte Inſtantz angegangen.

Gleichwie nun Kayſerliche Majeſtät nicht gemeynet wären / ſolches ſträfliches Beyſpiel zu etwa anmaßender Nachfolge erwachſen zu laſſen / dahero gebieten Kayſerliche Majeſtät ihme dem Beklagten hiermit ſub pœna 5. Marcarum Auri, wie auch in Ungehorſams-Fall / weit anderer empfindlichern und nachtrücklichen unausbleiblichen zu gewarten habender Strafen / ſich dieſer à Judice in hac cauſa incompetente erhaltenen Judicatorum keineswegs zu prævaliren / ſondern von Stund und Angeſicht deſſen / anbey Vermeidung obbeſagter Animadverſion, alles weitern Recurſus zu enthalten / mithin ſich lediglich Kayſerlicher Majeſtät zu unterwerffen / und von Allerhöchſt Derſelben die recht gemäßene Entſcheidung und Verordnung allerunterthänigſt und ruhiglich abzuwarten.

3. Re-

3. Reſcribatur cum incluſione omnium Exhibitorum & notificatione anteriorum Reſolutionum dem Herrn Churfürſten zu Cölln / als Biſchoffen zu Oßnabrück: Es würden Dieſelbe aus denen Beylagen des mehrern erſehen / was vor nachdenckliche Wege beyde Canonici Deroſelben Capituli zu Oßnabrück / der von Kerſenbrock und de Mehem / wegen Entſcheidung einer unter ihren ſtreitigen Reſidentiæ Canonicalis erwählet / und reſpectivè gefolget / und weiters befinden / was Kayſerliche Majeſtät dieſertwegen reſolviret haben.

Gleichwie nun aber Ihro Kayſerliche Majeſtät nicht nachſehen könten / daß dieſer Allerhöchſt Dero gerechteſten Verordnung in einige Weiſſe zuwider gehandelt werde; So wolten ſie den Herrn Churfürſten / als Biſchoffen zu Oßnabrück / dahin erinnert haben / daß Dieſelbe all und jedes dieſen Streit betreffend / in ſolchen Stand / wie es bevor der in Vorſchein gekommenen Judicatorum geweſen / erhalte / auch ſich durch etwa von dem Römiſchen Hof zukommende Executions-Befehle demſelben folge noch ſonſten hindern laſſen; In der Haupt-Sache aber / und was die Eigenſchafft der Sache an ſich ſelbſt betreffe / wolten Kayſerliche Majeſtät des Herrn Churfürſten / als Biſchoffen zu Oßnabrück / umſtändlichen / auch außführlichen Berichts / mit Beylegung des angeführten Unions-Vergleichs de 1706. wie auch derjenigen Paſſuum aus der perpetuirlichen Oßnabrückiſchen Capitulation, ſo der Sache vornemlich beytragen / in Termino duorum Menſium unfehlbarlich gewärtig ſeyn.

4. Fiat votum ad Auguſtiſſimum Imperatorem.

(L. S.) Arnold Henrich von Glandorff.

OBSER-

# OBSERVATIO CCLVI.

## *Status Collegii immediati Canonicorum Nobilium Bruchſalenſium. Subditorum Collegii inobedientia in præſtationibus publicis coercita. Pro Continuatione Obſervationis CLXIII.*

COllegium immediatum Canonicorum Nobilium *Bruchſalenſe* originem habet ab antiquo Statu Monaſtico *Abbatiæ Odenheimenſis*, fundatæ A. 1123. Brouer. *Annal. Trevirenſ. tom. II. lib. XIII. pag. 19.* qui mutatus fuit à Abbate Chriſtophoro de Angeloch in ordinem Canonicorum, & Abbas nomen *Præpoſiti*, à Capitulo eligendi, accepit, vid. *Annal. Trevir. dict. loc.* Trithem. *Chron. Hirſaug. tom. II. pag. 559.* Imhof. *Notit. Procer. Imper. lib. III. cap. 28. de Prælatis §. 18.* Europ. Herold *part. 1. pag. 599.* Leizer ſive Zeiler *de Circulis Imper. pag. 1120.* Pfeffinger. *Vitriar. illuſtrat. lib. 1. cap. 15. pag. 1297.* Dignitas vero Status Imperii, cum Voto Comitiali in Ordine Prælatorum Rhenenſium, vid. *Subſcriptionem Receſſus Imperii 1654. inter Prælatos*, conjuncta fuit olim Abbati, poſtea Præpoſito. Ad *Præpoſiti* munus electus fuit plerumque Epiſcopus Spirenſis. Quod vero de Exemtione tradunt dicti Auctores, hoc à Decano & Capitulo Bruchſalenſi contradicitur, & eſt ea de re lis in Camera Imperiali, nondum deciſa. Hoc certum, quod Epiſcopus Spirenſis, qua talis, habeat Jus Protectionis &

Vogtiæ, der Kaſten-Vogtey. De ditione quæ dicitur die Probſtey Weißenburg / nullum eſt dubium quod ſit Epiſcopatui incorporata, Imhof. *lib. 3. cap. 7. §. 5.* Leizer. *pag. 979.* Europ. Herold. *dict. loc.*

SubditiCollegiiBruchſalenſis in præſtandis contributionibus publicis ſæpius fuerunt renitentes, ita ut auctoritateJudicis compelli debuerint ad officium. Quem morem etiam cum aliis habent communem. Dictum fuit aliquid ea de re *Obſervatione præcedente CLXIII.*

Poſt deciſam cauſam in Poſſeſſorio ſummario 17. Julii 1730.

Daß Beklagte klagendes Capitul in ſeiner Poſſeſſion vel quaſi, von ihnen Beklagten Reichs- und Creyß-Steuren zu erheben / geklagter maßen zu turbiren / und Eintrag zu thun / nicht geziemet noch gebühret / ſondern Beklagte darin zu viel und Unrecht gethan hätten / auch hinfüro eigenmächtiger Widerſetzlichkeit gegen Klägere / ihre Obrigkeit / allerdings ſich zu enthalten und davon abzuſtehen / hingegen die Reichs- und Creyß-Steuren / biß zu anderweitem Außtrag Rechtens / in Poſſeſſorio Ordinario oder Petitorio, ohnweigerlich zu entrichten ſchuldig ſeyen.

Non veriti ſunt ſubditi, inſtigante cauſidico audaculo, ingredi petitorium. Nullo alio fundamento, quam ex tranſactione aliqua Anno 1616. inter Decanum Capitulumque Bruchſalenſe, & ſubditos, interventu Domini Epiſcopi Spirenſis Philippi Chriſtophori, inita *§. III.*

Daß die Anno 1606. eingeführte Mandat-Sache ad pœnam dupli Bruchſal contra Odenheim / die verweigerte Reichs-Steuer

Steuer betreffend / und darin hinc inde beſchehene Anforderung / gäntzlich hin und ab / auch die Unterthanen zu Odenheim deren Anno 1613. zu Regenſpurg der Röm. Kayſerlichen Majeſtät verwilligten Contribution geübrigt / davon ledig und frey ſeyn ſollen.

Hoc vero fundamentum exemtionis non potuit non haberi pro mere cavillatorio. Nam dudum antea, Seculo XVI. Mandatis variis, quorum numerus, pro more iſtorum temporum, fuit XXXVIII. coercita fuit iſtorum ſubditorum inobedientia, & tandem, rejectis omnibus exceptionibus, ad parendum Mandato fuerunt condemnati 9. Octobris 1605.

In Sachen Dechant und Capitul des Stiffts Bruchſal Klägern / wider die Gemeinde zu Odenheim und Conſorten Beklagte / auch Weyland Herrn Ludwigen / jetzo Herrn Friedrichen Hertzogen zu Würtenberg / als wegen Großen-Garten / pro Intereſſe intervenirenden XXXVIIIten Mandati, die Creyß-Steuer betreffend: Iſt Dr. Hafnern und Dr. Seb. Wolffen vorgewandter Einred und beſchehener Intervention ohnverhindert / glaubliche Anzeig zu thun / daß dem außgangen-verkündten und reproducirten Kayſerlichen Mandat, auch mit Erlegung 13. fl. 45. kr. angewandten Koſten / und dann angeſetzter und verwürckter Strafen / das Dorff Angelloch außgenommen / ſeines Inhalts gehorſamlich gelebt ſeye / Zeit 3. Monathen pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angeſetzet / mit dem Anhang / wo ſie ſolchem alſo nicht nachkommen werden / daß jetztgedachte Beklagte jetzt / und dann als jetzt / in die Pœn berührtem Mandat einverleibt / hiermit erkläret / fernere Proceſs auch erkannt ſeyn ſollen: Ermeldte Beklagte in die Gerichts-Koſten derentwegen aufgeloffen / ihnen den Klägeren nach Rechtlicher Ermäßigung

zu entrichten und zu bezahlen fällig ertheilend. Dann iſt Dr. Pfeffern ſeine den 27ten Auguſti 1604. und 10ten Septembris jüngſt eingebrachten Originalium begehrte Reſtitution zugelaſſen.

Anno ſequente 1606. 3. Januarii obedientiam declaraverant ſubditi, Inſtrumento ſolenni ad Acta producto, præſtitis etiam tunc temporis debitis ſummis.

Mox denuo exhibuerunt ſe renitentes, adeo ut Anno 1608. per Sententiam in bannum fuerint declarati, cujus executionem, mediante interceſſione Domini Epiſcopi, per ſupra dictam tranſactionem depremini cati ſunt & evitarunt. Nunc tamen iſtis verbis eum ſenſum affingere ſunt auſi, ac ſi ab onere contributionum eſſent liberati in perpetuum. Plane contra totius Imperii Leges, per quas in univerſum nullus ſubditorum eſt exemtus ab oneribus publicis, quæ hodie facta ſunt omnia ordinaria quoad debitum: Extraordinaria dici non poſſunt aliter, quam ratione temporis & cauſæ, neque aliud teſtantur Subdelegati Directorii Circularis quam quod in univerſa Germania uſu obtinuit.

Demnach das Löbliche Odenheimer Reichs-Ritter-Stifft zu Bruchſal um Ertheilung eines Ober-Rheiniſchen Creyß-Außſchreib-Amtlichen Atteſtati die Anſuchung gethan/ wie es in ſolchem Creyß mit Collectirung deſſelben und des Reichs Gelder biß hierhin gehalten/ und ob nicht zu deren Zahlung Hoch- und Wohllöblicher Ständen und Contribuenten ihre Unter-

Unterthanen jederzeit angewieſen worden: Und obwohlen ohne das ſo wohl die allgemeine notoriſche viele Reichs-Satzungen und Abſchiede / als auch die von dem zu Regenſpurg noch fürwehrenden General-Convent bey Errichtung des Militis perpetui geführte inhæſive Meynung / ſamt der darauf gegründeten univerſalen Reichs- und Creyſſen-Obſervantz / darinnen allſchon genugſames Ziel und vollkommene Maaß geben; So wird hierdurch jedannoch zum Uberfluß beurkundet / daß in allen und jeden Fällen / die nicht allein zu Unterhaltung der Reichs-Creyß- und Aſſociations-Schlußmäßigen Militar-Verfaſſung und Beſtreitung anderer Erfordernüßen / ſondern auch des Hochpreißlichen Kayſerlichen und des Reichs Cammer-Gerichts nöthige Beytrags-Gelder / nach Anleitung vorbeſagter älterer und jüngerer Reichs-Verordnungen / im Ober-Rheiniſchen Creyß außgeſchrieben / und wann die Unterthanen derer Hoch- und Wohlgedachten Herren Herren Ständen und Contribuenten ſolche auf deren / durch die Lands-Herrſchafft beſchehene Subrepartition nicht willig abgegeben haben / ſie Unterthanen alßdann entweder durch gedachte Herrſchafft ſelbſten / oder die erforderte Creyß-Außſchreib-Aemtliche Zwangs-Mittel dazu vermöcht / niemalen aber die Stände und Contribuenten ſelbſten zu Abſtattung ſothaner Reichs- und Creyß-Steuer aus dem Ihrigen ohnwiedererſetzlich angehalten worden / mithin dergleichen auch bey denen Eingangs wohlermeldtem Ritter-Stifft angehörigen Unterthanen / wann ſie nicht durch die 30. Jährige / ſodann darauf mehrmals erfolgte Frantzöſiſche Kriege / und in dieſer letztern beſchehenen feindlichen Occupation der Veſtung Philipsburg / von dem allgemeinen Reichs- und Creyß-Beytrag ad tempus haben exempt gelaſſen werden müſſen / vorerwehnten General-Reichs- und Creyß-Geſetzen gemäß unterwürffig geweſen ſeyen / fort dagegen unſers Wiſſens nichts beſonders hergebracht / und vor andern Creyßes Unterthanen mit

Fug und Recht zu prætendiren haben. Worms den 17. Septembris 1732.

Von Hohen Ober-Rheiniſchen Creyß-Außſchreib-Amts wegen.

(L. S.) A. v. Braſſeur. (L. S.) v. Menßhengen / Mppriâ.

Merito igitur contra ſubditos iſtos condemnatoria Sententia fuit expedita 3. Junii 1733. tenore ſequenti:

In Sachen Dechant und Capitul des Kayſerlichen Freyen Reichs-Stiffts zu Bruchſal / wider die Gemeinde zu Odenheim / Tieffenbach und Conſort. deciſi Mandati de præſtando debitam obedientiam, die Reichs- und Creyß-Steuren betreffend / nunc Poſſeſſorii ordinarii & Petitorii: Iſt allem Vor- und Anbringen nach zu Recht erkannt / daß klagendes Stifft / beklagte Gemeinde zu Reichs- und Creyß-Anlagen zu collectiren / befugt / und dieſe darzu ihre Ratas, benebſt dem Rückſtand / beſonders vor das von dem Herrn Biſchoffen zu Speyer geſtellte Creyß-Contingent, nach vorhergegangener Liquidation abzutragen und zu bezahlen ſchuldig / und dahin zu condemniren ſeyen / als wir hiermit ſchuldig erkennen und condemniren: Gedachte Beklagte in die Gerichts-Koſten an dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht derentwegen aufgelauffen / dem klagenden Ritter-Stifft nach rechtlicher Ermäßigung zu erſtatten und zu entrichten fällig ertheilend. Dann iſt Beklagten / um ſich zur ſchuldigen Parition zu erklären / Zeit eines Monaths: ſo viel aber die Liquidirung und Abführung des Rückſtands betrifft / dem Urthel gehorſamlich zu geleben / Zeit 3. Monathen pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angeſetzt / mit dem Anhang / wo ſie ſolchem alſo nicht nachkommen werden / daß ſie jetzt als dann / und dann als jetzt / in die

die Pœn Zehen Marck löthigen Golds / halb dem Kayſerlichen Fiſco, und zum andern halben Theil dem klagenden Capitul unnachläßig zu bezahlen / ſchuldig ſeyn / auch der Real-Execution halber auf ferneres Anruffen ergehen ſolle / was recht iſt.

Ubrigens wird klagendem Stifft über die denen Unterthanen bey Anfang dieſes Proceſs angeſetzte Strafen eine Special-Deſignation, mit Anführung der Urſachen / warum ſolche denenſelben andictirt worden / bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht zu übergeben / ingleichen Dr. Hofmann Jun. was er wegen der durch die Execution verurſachte Koſten und Schaden auf die von Lt. Deuren in [173] übergebene Schrifft annoch zu handlen vermeynet / obbeſagte Zeit 3. Monathen ſub præjudicio angeſetzt.

Endlich iſt der Advocat Süchtelen / um willen derſelbe beklagte Unterthanen in dieſem gantz ohnbegründeten Proceſs fortgeleitet / in die Straf Zwey Marck löthigen Golds / dem Kayſerlichen Fiſco innerhalb 2. Monathen ſub pœna realis Executionis zu bezahlen / hiermit vertheilet.

# OBSERVATIO CCLVII.

## *Actio ex Jure Retractus Conventionalis inter Nobiles Imperii immediatos ad terminos ſuos reducta, neque fundatam eſſe deciditur.*

EX Nobilitate Franconiæ primaria fratres duo Anno 1610. diviſerunt inter ſe bona paterna feudalia & allodialia. Tum verò pacti ſunt ſequentem in modum:

Wann über kurtz oder lang einem unter ihnen ein- oder anderes Theil feil würde / ſoll er ſolches dem Bruder zum billigen Werth / oder nach Erkänntnüß der Freunde / anbieten / und

und da der Bruder es zu kauffen nicht beliebet / ſoll der andere damit ferner zu gebaren ungehindert ſeyn; Und da es einem Frembden vor beſchehener Anbietung verkaufft würde / ſoll doch der Bruder denſelben abzulöſen gutes Recht und Macht haben.

Anno ſequente alter fratrum omnia bona vendere voluit, obtulitque fratri. Cui cum emtio placuiſſet, celebratus fuit contractus emtionis venditionis, cum renunciatione inveſtituræ ſimultaneæ, quam in feudis Saxonicis dicis gratia continuandam eſſe, placuit. Emtoris hujus filii quos deſignamus per literas A. & B. Anno 1665. iterum inter ſe fecerunt diviſionem, addito pacto ſimili in caſum venditionis, verbis:

Und als ſich zum Sechſten über kurtz oder lang begeben ſolte / daß ein Bruder von ſeinen ererbten Güthern eines oder das andere Stück verkäufflich zu begeben oder zu verpfänden Willens ſeyn würde / ſoll derſelbe ſchuldig und gehalten ſeyn / ſolches dem andern Bruder zuförderſt anzubieten / und in einem leidlichen und billigmäßigen Werth / oder nach Erkänntnüß ohnpartheyiſcher Freunde zu überlaſſen; Dafalls aber der Bruder zu ſolchem Kauff oder Verpfändung kein Belieben hätte / ſoll der andere Bruder damit anderwärts zu verfahren und zu gebaren ungehindert und unaufgehalten ſeyn: Jedoch nach Anleitung eines hiebevor bey dem Löblichen Fränckiſchen Ritter-Creyß-Convent beliebten und verfaſten Abſchied / an keinen Standes Höhern / es ſeye dann unvermeidliche Nothdurfft / verwenden und kommen laſſen.

Wann auch ein Bruder / bevor er dem andern den vorhabenden Verkauff denunciirt und angebotten hat / einem Frembden etwas verkaufft haben wird / ſoll der andere Bruder Jure

Retractus die Ablöſung zu thun/ guten Füg/ Recht und Macht haben.

Poſt viginti annorum ſpatium frater *B.* conſilium venditionis cœpit, poſtquam auxiſſet ædificiis & aliis acceſſionibus prædia. Obtulit etiam fratri *A.* venditionem. Hic vero, cum fratrem *B.* absque ſpe prolis maſculæ in ætate provecta ſciret, pretium obtulit æſtimationi venditoris multo inferius. Hinc alter *B.* cum Domino Epiſcopo Herbipolenſi, vel potius ejus fratre *C.* tractatus emtionis venditionis iniit. Neque tamen neglexit fratri *A.* iterato emtionem offerre. Qui, cum in ſumma priore perſiſteret, perfectus tandem fuit contractus emtionis venditionis feudorum Herbipolenſium & allodialium, reſervato fratri *A.* Jure Retractus intra annum.

Frater *A.* in Camera Imperiali Anno 1696. impetravit Mandatum Inhibitorium. Cum verò allegaretur, traditionem eſſe emtori factam: per Sententiam Anno 1697. Mandatum fuit caſſatum, reſervando actori Jus Retractus in allodialibus, falls er ſich darzu gebührend qualificiren könte / wie auch im übrigen der Lehen halber / ſein Recht künfftig zu beobachten.

Nova itaque cœpta fuit lis, primo, de Jure Retractus, deinde poſt obitum fratris *B.* actio feudi revocatoria. Poſt varias productas deductiones, prima fuit deliberatio de Jure Retractus, & actione intereſſe. Hic verò ſequentia fuerunt conſiderata:

§. I. Actor an peteret Retractum ex fraterna conventione, an Jure familiæ, ipſe ea in re non erat certus. In Deductione [*59*] Quæſt. 1. allegabat fundamenta tria:

(1.) Die Ritter-Ordnung / ad quam etiam provocat in refutatione reſponſi ab adverſaria parte ſub [*73*] producti, [*80*]

(2.) Den Brüderlichen Theilungs-Receſs 1665.

(3.) Den Kauff-Contract Anno 1695.

Adeoque utroque Jure niti velle videtur, & tamen in eodem ſcripto [*59*] quod eſt loco Libelli ad Quæſt. 2. dicit, & pluribus vicibus repetit Actor, ſe verſari in caſu retractus *non ſtatutarii ſive legalis, ſed conventionalis.*

Multum autem intereſt hic, tum quoad actionis genus, tum quoad ſubjectum actionis, & objectum, adeoque ad totius hujus articuli deciſionem.

In legali retractu ſive gentilitio ſive ſtatutario, actio dicitur eſſe perſonalis quidem, ſed in rem ſcripta, Gail. *lib. 2. obſervat. 19.* Mev. *part. 2. deciſ. 251. num. 3.* quam condictionem ex moribus appellant JCti, & datur etiam contra poſſeſſorem traditione facta, ad rem retrahendam.

*In conventionali* eſt actio mere perſonalis ex contractu vel pacto, quæ poſt traditionem factam non datur contra tertium poſſeſſorem, ſed adverſus paciſcentem ad intereſſe. Ideo, quod conventionis leges viola-

laverit, vid. has differentias explicantes Struvium *Exercitat. ad ff. XXIII. theſ. 47. uſque 49.* ubi agit de conventionali, & *theſ. 56. uſque 65.* ubi de legali ſeu gentilitio, Carpzov. *part. 2. conſtitut. 32. definit. 8.* ubi vid. Esbach. *in Notis.*

Ad conſuetudinem Germaniæ, in qua omne Jus Retractus gentilitii fundatur, non provocavit Actor, ſed ad Statutum Nobilitatis Franconicæ, *part. 1. tit. 15.* Reichs-*Archiv continuat. III. rubr.* Ritterſchafft in Francken *pag. 15. tit. XV.* eſt *pag. 23.* ubi prohibetur, daß keiner der Ritterſchafft einig Guth/ gantz oder Stück-weiße käufflich oder ſonſt hingeben ſolle / er habe dann ſelbiges ſeinen Freunden/ und wo die nicht wollen/ andern von der Ritterſchafft angebotten/ und denſelben den Verkauff in gleichmäßigem Werth verſtattet / der Ritterſchafft auch dabey das Jus Retractus oder die Außlöſung/ vermöge habender Privilegien, i. e. ſi ſine denunciatione venditio ſit facta, per expreſſum vorbehalten. conferatur *Privilegium Rudolphinum de Anno 1609.* im Reichs-*Archiv pag. 50. ibidem.* item das *Privilegium extenſivum Ferdinandi III. Anno 1692. pag. 59.* & *Leopoldi Anno 1688. fol. 89.*

Ex quibus Statutis & Privilegiis luculenter patere exiſtimo, agi præcipue de alienatione prohibita *extra corpus Nobilitatis* in præjudicium des Ritterlichen Cataſtri, adeoque ad caſum præſentem, ubi alienatio facta fuit in alium Nobilem immediatum C. ejusdem

corporis, non pertinenter adplicari. Neque alii ſunt termini Privilegiorum quæ in Leopoldino confirmantur, argumento verborum: **einem hohen oder niedern Stand verkaufft** / & totius contextus, ſeu cauſæ impulſivæ. Ergo ex hoc fundamento nullam video probationem ad jus Retractus obtinendum. Quodſi in conſuetudine Germaniæ, vid. Mev. *part.* 2. *deciſ.* 251. quam per Statutum aut Privilegium introduci non erat opus, Actorem ſuæ intentionis fundamentum collocaſſe præſupponeremus, probanda ipſi fuiſſent requiſita à Gailio *dict. lib.* 2. *obſervat.* 19. Struvio & aliis expoſita, & quidem *conjunctim, non ſingulatim*, exiſtentia, Gail. *num.* 15. *ſeqq.* In quibus tamen probandis, **und ſich darzu gebührend zu** qualificiren / ut ait ſententia Cameralis, vereor ne diffidat ipſe Actor, nam in Deductione ſua [*59*] quæ loco Libelli eſt, cum prævidiſſet oppoſitiones futuras, declinare videtur iſtam probationem, cum ait, ſe verſari in caſu retractus, non ſtatutarii ſive *legalis*, de quo Gailius agat, ſed *conventionalis.* Neque adeo verum eſt, **daß der** §. 6. pacti **auf die Ritter-Ordnung ihr Abſehen gehabt** / cujus etiam nulla in pacto mentio.

Hinc & in quæſtione ultima actionem ad intereſſe formavit, contra fratrem paciſcentem, quæ actio pertinet ad retractum non gentilitium, ſed conventionalem. Itaque non erraturum me puto, ſi juxta Actoris declarationem expreſſam, ad terminos Retractus

con-

conventionalis hunc articulum reducam, cujus funda-mentum eſt in pacto fraterno §. 6. verſu: **Wann auch ein Bruder / ehe und bevor er dem Bruder den vorhaben-den Kauff** denunciret **und angebotten** ꝛc.

§. II. Actio itaque ex Retractu conventionali, quæ regulariter eſt perſonalis, neque datur contra ter-tium poſſeſſorem cui res eſt tradita, hic inſtituta eſt nihilominus contra emtorem C. quod videtur in prin-cipio eſſe regulæ prædictæ adverſum: Scio equidem dari *exceptiones* nonnullas, quas recenſet Carpzov. *part. 2. conſtitut. 32. definit. 10. ſeqq.* inter quas ad no-ſtrum caſum pertinere exiſtimavit Actor illam quæ ex-ponitur *definit. 12.* ſi emtor *pactum ſciverit*, & frau-dulenter malaque fide contractum inierit. Verum hic probatione graviſſima ſeſe onerat Actor fraudis & malæ fidei in emtore. Neque enim ſufficit ſola ſcien-tia, ſed ut ajunt JCti unanimi conſenſu, *fraus* & *mala fides.*

Tantum verò abeſt ut hæc ſit probata ab Actore, ut potius contrarium ex Actis & probatis eluceat cla-riſſimè. Nam contractus non fuit celebratus clam, ſed aperte. Adeo, ut ipſi Actori emtionem & retra-ctum obtulerit repetitis vicibus emtor, vide [*24. 104*] junctis productis [*85*] & [*7. 11*] quæ omnia in ſpecie facti audivimus. Hinc itaque regulam de actione per-ſonali adverſus tertium poſſeſſorem non fundatâ, fir-mam eſſe puto, cum exceptionem à regula, in qua

 Actor

Actor ſeſe fundat, non probaverit, imo contrarium ſit apertum. Et proinde Reus C. ab iſta actione mea ſententia erit abſolvendus. Non me dimovere poteſt ab hac ſeutentia, quod Actoris Advocatus verba conventionis ita interpretetur, quaſi dictum fuiſſent inter paciſcentes: Wann ein Bruder wider ſein Pactum und Obligation de facto handle/ und ſich cum extraneo einlaſſen würde / ſo ſolle alßdann nicht allein actio ad intereſſe, ſondern auch in ipſam rem directa, contra poſſeſſorem bevorſtehen / non excluſa actione ad intereſſe. Nam (1.) hæc foret interpretatio verborum admodum violenta, contra Juris regulam quod tertius ex pacto aliorum obligari nequeat. (2.) Nondum eſt probatum, quod Frater wider ſein Pactum und Obligation de facto gehandelt habe / qua de re in ſequenti articulo dicemus.

Hæc quæ dixi, tametſi ſufficere putem, ad abſolvendum Reum C. adeo ut opus non ſit ulteriori examine quæſtionum in deductione [*59*] formatarum, atque in ſubſequentibus ſcriptis eodem ordine hinc inde diſputatarum, quia omnes iſtæ quæſtiones juxta principium decidendi meum hucuſque explicatum, ſunt inutiles, & ad hypotheſin nihil facientes. Tamen ne labori peperciſſe videar, proponam eas breviter cum mea epicriſi.

§. III. Quæſtio 1. An Actori competat Jus retractus contra venditionem, h. e. ad venditionem reſcindendam.

Hanc

Hanc affirmative decidendam eſſe putat Actor, ex fundamentis adductis.

Reſpondeo: Die Ritter-Ordnung und Privilegia reden de prohibita alienatione in extraneos, & de tali caſu qualis eſt noſter, nullibi extare Statutum vel Privilegium, auch hat der Kläger mit Entrichtung oder Depoſition der Kauff-Gelder nach dem Privilegio Leopoldino Anno 1688. ſich nicht einmahl gehalten. Deinde der Theilungs-Receſs de Anno 1665. eſt pro emtore C. quia frater Actor conditiones emtionis contractæ ſua ex parte adimplere recuſavit. Si enim eas acceptare voluiſſet, hac actione non fuiſſet opus. Ergo in hypotheſi, negativè decidendam eſſe quæſtionem puto.

Quæſtio 2. An perdiderit Actor Jus agendi, quia pretium non obtulerit, & depoſuerit.

In hac quæſtione reſolvenda multum utrinque fuit deſudatum, ſed inutiliter.

Nam ſi verſamur in caſu retractus conventionalis, ut Actor ipſe declaravit apertè ad hanc quæſtionem, fruſtra quæritur de amiſſo Jure retrahendi, cum id perfecto contractu & re traditâ, non habuerit; Si præſupponeretur contra ipſius Actoris declarationem, Jus retractus gentilitii, conditiones requiſitas utique non adimplevit.

Quod verò ait de incertitudine pretii: reſpondetur: quod contractus ei fuerit transmiſſus, nam ipſe

in

in Camera produxit eundem, initio litis. Sed Actor ſuſpicionem prætexuit, eſſe ſimulatum, cujus ſuſpicionis nulla aderat cauſa, hoc verò tenebat actorem A. quod ſucceſſionem feudalem gratis obventuram ſibi, animo concepiſſet, id enim circumſtantiæ, & ipſa narrata Mandati & Replica docent. Erat enim frater ſeptuagenario major. Adeoque ad pretium ſolvendum, quod in retractu erat neceſſarium, nullo modo erat paratus, neque habebat voluntatem, id quod aperte ſatis teſtatur Actor, daß der Anſchlag ihm deßwegen nicht angeſtanden/ weil die Lehen mit darunter begriffen/ in welche er vorhin ſuccedirt. Num verò fratri integrum fuerit vendere cum allodialibus bonis etiam feudalia, hoc pertinet ad quæſtionem de actione vindicatoria. Hoc loco ſufficit animadvertiſſe.

(1.) Actionem perſonalem contra emtorem & poſſeſſorem qui actori obligatus non erat, male eſſe inſtitutam.

(2.) Contractum fuiſſe initum ſuper corpore bonorum in complexu, & pretium fuiſſe certum, retrahentem verò omnes conditiones adimplere teneri, neque ex pluribus bonis ſimul venditis unam alteramque particulam retrahere licere, adeo ut etiam ad majus pretium teneatur quam alias res eſſet valitura, Carpzov. *part. 2. conſtitut. 33. definit. 1.* & *definit. 7.* ubi argumentum à contrario ita procedit. Retrahenti permittendæ ſunt eædem conditiones & commoda, quibus

bus emtio fuit inita, *Tiraquellus apudCarpzov.* allegatus. Ergo & easdem conditiones ſubire tenetur, quas venditor ab alio fuit ſtipulatus. Et hanc ſententiam Jure communi veram eſſe probat Esbach. ad Carpzov. *dict. definit. 7.*

Quæſt. 3. A quo tempore currat Jus retrahendi? hanc quæſtionem ex præcedente dependere ait Actor. Ergo eadem erit etiam reſponſio.

Quæſt. 4. An emtor teneatur admittere taxationem impartialium?

Ratio affirmationis eſt pactum fraternum, quod emtor ſciverit.

Multa hinc inter partes diſputatio. Quæ tamen ex hypotheſi eſt inutilis, negatum enim ex principiis Juris indubii, actionem competere contra tertium, exceptionem verò fraudis ſive doli, ab actore probatam non eſſe. Si quis conſideret verba §. 6. Receſſus: So verſiret man nicht in caſu der beliebten Freunds-Schätzung/ dann die letzte Worte: Wann auch ein Bruder ꝛc. erfordern nicht einmal Denunciationem, ſondern reſerviren nur Jus Retractus, i. e. die Wiederlöſung. Accedit daß noch großer Zweiffel ſeyn möchte/ ob nicht die Güther in complexu mehr werth geweſen/ als ſie verkaufft/ dieſe Gefahr hätte der Kläger außzuſtehen/ und inmittelſt Unkoſten genug zu tragen.

Palmarium verò eſt argumentum quod Actor verſetur in hypotheſi, daß die Lehen-Stücke nicht mit

anzuſchlagen ſeyn. Itaque de æſtimatione impartiali nunquam fuiſſent conventuri. Ergo fruſtranea eſt iſta diſputatio.

Quæſt. 5. An non verum pretium jurato ſit indicandum?

Reſpondi ad hanc Quæſtionem ſupra *ad Quæſt. 2. & 4.*

Quæſt. 6. Eſt de actione ad intereſſe contra venditorem, nunc ejus hæredes, quam peculiari tractatione jam aggredior.

§. IV. Actionis hujus probatio requirit neceſſario demonſtrationem, quod frater venditor leges conventionis violaverit.

Leges conventionis ex Receſſus fraterni §. 6^to^· ſunt tales: **Ein Bruder ſoll ſchuldig ſeyn dem andern Bruder zuförderſt anzubieten.**

Factum hoc eſſe à fratre alienatore, non erat dubium.

Porrò, **ſoll der Bruder dem andern die** alienirend**e Stücke in leidlichen und billigmäßigen Werth/ oder nach Erkänntnüß unpartheyiſcher Freunde überlaſſen.**

Multi ſuper hoc articulo moventur fluctus, **es hätte der Bruder / da ihm die 40000. Gulden nicht angeſtanden/ es auf Freunds-Erkänntnüß ſollen ankommen laſſen / nicht aber zufahren und den Kauff ſchließen ſollen.** In hoc articulo omne præſidium inveniſſe ſe putat Actor.

Sed

Sed notandum eſt inprimis, daß es dem klagenden Bruder nicht darum / ſondern daß er die Güther / bevorab die Lehen-Stücke / ohne Geld per ſucceſſionem legitimam feudalem bekommen / und dieſe in Anſchlag nicht mitbringen laſſen wolte / zu thun war / und dahero vermeynte / er könte mit einer gegen den Werth der Güther viel geringern Summa, gleichſam ex benevolentia ſua erga filiam fratris, davon kommen. Pretium enim der 85000. fl. ſi conſideretur corpus bonorum cum meliorationibus inſignibus, à quo excluſa erant feuda, non adeo immodicum videtur.

Et cum fratres in dicto loco polliceantur pretium *æquum*, h. e. quod rei eſſet adæquatum tempore venditionis, patet oblatam ſummam 40000. Florenorum erga den Anſchlag auf 116085. fl. animum juſto & æquo pretio rem emendi, non indicaſſe.

Sequitur etiam, quod fratri venditori, cum alter in iſto oblato perſtitiſſet, non poſſit imputari, quod legem conventionis non obſervaverit, ſed quod res ad ſequentem caſum der Brüderlichen Theilungs-Receſſur *dicto* §. 6. devenerit. Deßfalls aber der Bruder zu ſolchem Kauff kein Belieben hätte / ſoll der andere Bruder damit anderwärts zu verfahren und zu gebaren ungehindert und unaufgehalten ſeyn / jedoch ne fiat alienatio in potentiorem: niſi ex neceſſitate. De hac ultima exceptione nulla in præſens eſt controverſia, quia emtor Nobilis immediatus æqualis eſt ordinis qui adquiſivit bona, & eſt poſſeſſor.



Hic

Hic in quæſtionem venire poteſt, quando intelligatur frater zum Kauff kein Belieben zu haben. Sanè qui aliquid vult, ſed non æquis conditionibus, is cenſetur renunciare. Ita in materia retractus, qui ab initio eaſdem conditiones acceptare recuſat, non poteſt dici voluiſſe, neque tenetur venditor ad alia ſolennia & tractatus, vid. Mev. *part. 2. deciſ. 251. num. 6.* & *deciſ. ſeqq. 252.* verſu: *Haut tamen.* & *deciſ. 253. num. 1.* adde Gail. *lib. 2. obſervat. 19. num. 8.* cum itaqua frater venditor denunciatione & venditionis, & pretii, non quod ipſe antea im Anſchlag petierat, ſed quod ab emtore revera ſtipulatus erat, vid. Mev. *part. 3. deciſ. 324.* eſſet perfunctus erga fratrem, hic verò in priſtinis oblatis 40000. Florenorum, & taxationis perſtitiſſet, h. e. cauſas quæſiviſſet in longum trahendi negotium, & bona feudalia ſucceſſionis titulo adquirendi: breviter, fratrem à poteſtate alienandi in pacto conceſſa excludendi, huc enim omnes iſtæ dilationes tendebant; Exiſtimo, fratri juxta verba pacti integrum fuiſſe cum alio contrahere. Ergò leges conventionis violaſſe fratrem venditorem non cenſeo. Adeoque actionem ad intereſſe, probatam non eſſe concludo; Et ſi ſupponatur verum eſſe pretium, non foret magni momenti intereſſe, dann juxta declarationem Actoris ſoll das Intereſſe beſtehen in der Ubermaße pretii, wo die nicht vorhanden/ ceſſabit intereſſe, cujus conſequens eſt, Reum ab hac Actione eſſe abſolvendum. Quod

etiam

etiam ex ipſis verbis pacti fraterni confirmatur, nam in ultimo verſiculo §. 6. caſus ita exprimitur: **Wann ein Bruder** ante factam denunciationem vel oblationem, **dannoch die Güther verkauffte/ſo ſoll dem andern** Retractus, i. e. **der Einſtand bevorſtehen.** Ergò **hat der Bruder auch** ſine denunciatione **verkauffen mögen** ſine periculo actionis ad intereſſe. Quod aliàs fuiſſet exprimendum. Atque ita concluſa fuit Sententia abſolutoria ab actione Retractus & ad Intereſſe A. 1716.

## OBSERVATIO CCLVIII.

### *De Actione Feudi Vindicatoria, ad factum in Obſervatione præcedènte præpoſitum.*

IN actione feudi vindicatoria multa occurrebant dubia; quæ Obſervatione hac exponentur.

§. I. Sententia præcedens Anno 1697. non decidit quæſtionem actionis hujus fundatæ, ſed tantum reſervata fuit actio, inſtituenda tempore legitimo. Hæc reſervatio non liberavit actorem à probatione, neque exceptiones excluſit.

Feudum alienatum à Vaſallo poſſeſſore, à proximis Agnatis, quibus ſucceſſio debetur, jure vindicari, non eſt dubium, *2. Feud. 16.* & *1. Feud. 8.* Struv. *Syntagm. Jur. Feudal. cap. 13. §. 16. 17.*

Allegaverat verò Dominus Epiſcopus Herbipolenſis in literis ad Actorem Anno 1696. **Es ſey bey**

ihrem Lehen-Hof eine außgemachte Sache / daß beyde Theile / i. e. uterque fratrum, nicht pro coinveſtitis erkannt / und weil bey demſelben der uralten & innumeris præjudiciis firmirten Obſervanß nach / auf Schild und Helm an dem Würßburgiſchen Lehen-Hof nicht gelehnt werde / ſo würde er nichts zu ſagen haben.

§. II. Quanquam verò in Franconia ſimultanea inveſtitura talis qualis eſt in Saxonia, introducta non ſit, per ea quæ leguntur apud Meichſner. *vol. 1. tom. 2. lib. 1. deciſ. 1. pag. 5.* in Concluſionibus Domini Epiſcopi Herbipolenſis, & *pag. 11. depoſit. teſtis 4^ti.* Cum tamen ipſe Actor in Replica ſua [*14*] *ad num. 4.* ſimul ad Jus ſimultaneæ inveſtituræ tanquam fundamentum actionis provocaverit, & in pacto fraterno diviſorio ab utraque parte confeſſo §. 3. mentio fiat expreſſa ſimultaneæ inveſtituræ, intelligetur ſimultanea inveſtitura vel *Saxonici Juris*, vel *Juris communis*.

Secundum Saxonicam, Actorem ſucceſſionem in feudo petere velle, non eſt veroſimile, de ea verò quæ eſt Juris communis & deſcribitur à Struvio *Syntagm. Jur. Feud. cap. 9. §. 15. in Exegeſi num. 1.* notandum eſt, quod inveſtitura utriusque Fratris à morte Patris ſit quidem extra dubium, per §. 3. des Brüderlichen Theilungs-Receſſus, ſed facta deinde diviſione inter Fratres auf erb- und ewiglich / & ceſſante omni communione, ſi Frater unus in alterius portione ſuccedere velit, neceſſe foret ut probet Actor, quod poſt diviſionem

nem factam Anno 1665. inveſtituram *cum Pacto de ſuccedendo* renovaverit, per tradita Hartm. Piſtoris *obſervat. 186.* Franzk. *lib. 1. reſolut. 19. num. 16.* quos ſequitur Struvius *cap. 10. §. 2. num. 4.* & *§. 3. num. 5.* ubi eandem rationem eſſe docet ſi dividant Vaſalli, quæ erat in diviſione Dominorum feudi. Neque de Jure tantum Saxonico hi loquuntur, ſed de Jure communi etiam. Et eſſe id Imperialis quoque Curiæ praxin, docent innumera exempla inveſtiturarum de feudis poſt ſeparationem inter fratres factam ſuſceptarum in Aula Imperiali. Quod confirmatur per textum Juris Feudalis Longobardici *2. Feud. 12. ibi:* Si duo fratres in caſa communi poſt mortem Patris habitaverint, h. e. in communione fuerint, & unus eorum feudum adquiſiverit, (id quod etiam fieri dicitur per diviſionem, vid. Hartm. Piſtor. & Franzk. *dictis loc.* textus enim in hoc verſu non loquitur de feudo novo, ſed paterno, argum. verborum: *in caſa* communi *poſt mortem Patris*) plerique dicunt ad alium non pertinere, ſed ad Dominum *niſi per pactum.* Hoc ipſum eſt quod Jure Feudali Alemannico eſt conſtitutum, & in omnibus exemplaribus legitur apud Schilterum *cap. 65. §. 1.* **Ein Herr mag viel Brüdern ein Lehen leihen / daß ſie es mit geſamter Hand empfahen / und gleiche Gewehr darvon han / und wollen ſie ſich ſcheiden mit dem Guth / und theilen es unter ſich / das thun**

**ſie**

ſie wohl ohne des Herrn Urlaub/ wann ſie aber das Guth unter ſich getheilet/ ſo hat ihrer keiner Nutzen an des andern Guth.

Ita ut ſola inveſtitura ſimultanea, *repetitâ ad effectum ſuccedendi*, iis conſuli poſſit, vide Schilter. *tractat. de Inveſtitur. ſimultan. cap. 2. §. 3.*

Licet itaque ſimultaneam inveſtituram Saxonicam in Curia Herbipolenſi, cujus vi ſuccedat agnatus, in uſu non eſſe, ex Meichſnero allegata doceant; Aliud tamen de ea quæ eſt Juris Communis exiſtimandum erit. Proinde fratrem ſuccedendi Jus non habere poſt ſeparationem plenariam, niſi id *Pacto ſpeciali* fuerit expreſſum, concludi poſſet.

Quod verò inveſtitura ſimultanea Juris Communis *ſine Pacto expreſſo* de ſuccedendo, ſucceſſionem non tribuat, ex unanimi Doctorum ſententia docet Berlichius *part. 2. concluſ. 53. num. 28.* qui locus eſt inprimis notabilis.

Exemplum ſimultaneæ inveſtituræ dicis gratia retentæ inter fratres Anno 1611. *Obſervatione præcedente* recenſui.

§. III. Videndum jam de *Exceptionibus*, quarum *una* eſt, defectus inveſtituræ ſimultaneæ, *cum Pacto de ſuccedendo*, de qua modo dixi. *Altera*, de facultate alienandi in pacto fraterno expreſſa.

Fun-

Fundatur hæc in textu *Jur. Feudal. 2. Feud. 39. verbis :* Niſi agnatis conſentientibus, vid. Struv. *dicto cap. 13. aphoriſm. 19.* ubi denegat Jus revocandi non ſolum conſentientibus agnatis, *ſed etiam ipſorum Filiis.* De Domini conſenſu hic nullum occurrit dubium, quo deficiente etiam agnatorum conſenſus nihil efficeret, id. Struv. *cap. 14. aphoriſm. 22.* Nam in noſtro caſu Domini Epiſcopi conſenſum acceſſiſſe, certum eſt.

Ergò hic indagandum, an non actio revocatoria per hanc exceptionem fuerit eliſa.

Eſt autemExceptionis iſtius fundamentum ſolum in pacto fraterno *1665. §. 6.* juncto *§. 1. in fine.*

Es ſoll jeder Bruder ſein Loß erblich und ewiglich haben / nach ſeinem Belieben gouverniren / und zum allerbeſten Nutzen brauchen und genießen / auch ihme vom andern Bruder darinnen keine Einred oder Hindernüß geſchehen.

Ex his verbis quidem, ſi ſola eſſent, conſenſus forte non elicietur, quanquam non deſint JCti qui id ſtatuant, vid. Mantic. *de tacit. & ambig. convention. tom. 2. lib. 23. tit. 24. num. 1.*

Quid autem intellexerint fratres per liberrimæ fruitionis & gubernationis poteſtatem, declarant in §. 6. Und als ſich über kurtz oder lang begeben ſolte / daß ein Bruder von ſeinen ererbten Güthern eines oder das

**andere Stück käufflich zu begeben oder zu verpfänden Willens ſeyn wird / ſoll derſelbige ſchuldig ſeyn /** ut ſupra audivimus, **dem Bruder anzubieten: und da der Bruder kein Belieben hätte / ſoll der andere Bruder damit anderwärts zu verfahren und gebahren ohngehindert und unaufgehalten ſeyn.** Sane, conſenſum in alienationem hic præſtitum eſſe, & facultatem conceſſam, non malè concludi poſſet. Accedunt alia probationum adminicula, de quibus mox dicemus. Magna tamen contentione hæc verba Actor pro ſe interpretatur. Nimirum, **von ſeinen ererbten Güthern** ſignificare non feuda, ſed allodialia, feudum enim adquiri non hæreditario Jure, ſed ſingulari, ſucceſſionis feudalis.

Porro, verba: **Ein oder das andere Stück /** putat Actor, non ſignificare totam maſſam fraternæ portionis, ſed unam alteramve partem, neque eſſe præſumendum, quod frater conſenſurus fuiſſet in alienationem corporis univerſi.

§. IV. Hic conſiderandum erit: *Primò*, de verbis, **ererbte Güthere:** Appellationem **Leibs-Erben /** etiam in materia feudali ſæpe uſurpari? vid. Struv. *Syntagm. Jur. Feudal. cap. 4. §. 12. num. 6.* ubi quod vox **Erbe** etiam denotet hæredem feudalem, adeoque **ererbte Güther** ſignificare poſſunt feuda. Dicitur enim feudum etiam hæreditas, ſed eximia, & uſi ſunt fratres antiquiores, Pater ſcil. Actoris & Patruus eadem voce, in Contractu venditionis Anno 1611. ubi etiam intel-

intellexere feuda. Imo ipſi paciſcentes noſtri fratres in pacto 1665. utuntur voce **erblich** *devolviret* / item **erblich und ewiglich haben** / promiſcue de feudis & allodiis. Itaque licet verum ſit, quod ſeparatam naturam habeant feuda, neque ſub appellatione bonorum in genere comprehendantur omni in caſu, vid. Gail. *lib. 2. obſervat. 154. num. 6.* In noſtro tamen caſu id actum eſſe inter fratres, ex toto contextu colligi forte poterit, neque à ſenſu communi & loquendi modo abhorret vox **Erben / erblich / und ererbte Güther** / ut non etiam feuda intelligi poſſint, vid. Schraderum *de Feudis part. 7. cap. 2. num. 62.* Roſenthal. *cap. 11. concluſ. 11. num. 8.* & *cap. 9. concluſ. 13. num. 19.*

*Secundò*, de ſenſu verborum, **ein oder das andere** / obſervandum, eſſe generalia & univerſalia, quod demonſtrat Gœddæus *in Conſil. Marpurgenſ. 28. num. 175. ſeqq. Vol. 1.* vox **einige** ait, reſpondet voci quæcunque, & eſt univerſalis, ita ut extendi debeat in infinitum, (intelligo ego *Gœddeum*, ſecundum ſubſtratam materiam, poteſt enim hæc dictio pro natura rei & negotii reſtrictionem admittere) & *num. 177.* omnes alias & majores incluſas eſſe, ſi addita ſit vox **andere** / ita ut extenſio ultra naturam actus fieri queat. Multos alios JCtos conſentientes ibi allegat Gœddeus, quos exſcribere nolo.

 Quodſi

Quodſi regulas interpretationis conſulamus, ſane ad trita illa & à celeberrimo *Thomaſio*, aliisque dudum exploſa axiomata de *favorabilibus* & *odioſis* reſtringendis vel extendendis non erit recurrendum, quæ nullum plane uſum in materia interpretationis habere, clariſſimè demonſtrat laudatus Thomaſius *Jurisprud. Divin. lib. 2. cap. 12. num. 159. uſque 176.* cum definitio favorabilis & odioſi vera dari nequeat, & quod favorabile dicitur, etiam alio reſpectu odioſum dici poſſit, & vice verſa, vid. ejusdem Thomaſii *Reſolutionem Quæſtionis de Definitione Favorabilium, & Odioſorum in doctrina de interpretatione.* Hæc itaque vulgata inutilia & exploſa brocardica, relinquenda eſſe, & ſecuriori via incedendum, ſi ſupponatur, verba pacti fraterni eſſe ambigua. Tritiſſimum eſt axioma, quod quilibet non præſumatur ſua jactare. Notum etiam illud Gailii *lib. 2. obſervat. 19.* lugubre & deplorandam eſſe, paternas & avitas domos & antiqua majorum prædia in externas manus tranſire. Verum quod attinet ad dictum *Gailii*, id non eſt regula aliqua Juris, ſed philoſophica tantum ſententia, quæ infinitis modis poteſt limitari, prout ex ipſa Gailii *obſervat. 19.* quæ de Jure Retractus agit, patet: Adeoque hic nihil ad deciſionem facit. Prior verò regula, quod nemo ſua jactare præſumatur, non ſatis convenit noſtro caſui, cum pactum inter fratres eſſet reciprocum, & æqualitas obſervata, neque poterat Actor bona fra-

tris

tris habere pro ſuis. Deinde eſt, cum reliquis quæ fortè adferri poſſent, valdè generalis, quæ per ſpeciales tollitur, adeo ut in concurſu præſumtionum, generalis ſpecialibus, & inter has potentior minus potenti cedere debeat, Böhmer. *Diſputat. de Colliſione Præſumtionum cap. 2. §. 7. ſeqq.* qui JCtus celeberrimus *cap. ſeq. 3.* regulas Præſumtionum *Menochianas*: ſcilicet

(1.) Quod illa ſit potentior, quæ facit actum conſiſtere.

(2.) Quod illa ſit potentior, quæ eſt benignior.

(3.) Quod illa ſit potentior, quæ Juri communi inhæret, quam quæ ſpeciali.

Plane rejicit, & ultimam potius invertit ratione firmiſſima, quod Jus commune multis modis reſtringatur.

Speciales verò præſumtiones, quibus generalis cedere debent, naſcuntur ex adjumentis.

1.) Conſuetudines feudorum Herbipolenſium, de qua paulo poſt dicetur *§§. ſeqq.*

2.) Exempli in familia fratrum A. B. ab ipſo Actoris parente exerciti. De quo ſimiliter *in ſeqq. §§.* agetur.

3.) Ex Pacto noſtrorum Fratrum ſequente Anno 1694. ubi ipſe Actor acceptavit oblatam venditionem totius corporis bonorum juxta Pactum antiquius diviſorium ſibi factam, proinde totius Receſſus verba

non intellexit de allodiis modo, ſed & de feudis, non de partibus, ſed de corpore toto. Neque obſtat quod iſte Receſſus de controverſiis inter fratres tunc jam exiſtentibus faciat mentionem. Nam de alienatione facienda tunc primo cogitatum fuit.

4.) Ex toto tenore Pacti fraterni diviſorii de Anno 1665. ubi actum id fuit, ut liberior eſſet unicuique facultas circa portionem quam quisque per ſortem adipiſceretur, vid. *§. 1. verſu :* **Und es allerdings** *ꝛc.*

5.) Ex alienationibus feudalium partium ab ipſo Actore in conſulto fratre ſuſceptis. Nam etſi conſenſus fratris deinde acceſſerit, hoc tamen aliàs habuiſſe rationes dicitur.

6.) Ex eo, quod Actor diu retinuerit penes ſe **den Anſchlag** totius corporis, ubi etiam feuda continebantur, neque ei contradixerit, ſed ſilentio prætermiſerit. Nimirum tunc expectabat mortem fratris fere octuagenarii, (vid. narrata Mandati) cui non niſi erat unica filia, ut plane fruſtra provocet Actor ad veriſimilitudinem, **daß er ja nicht würde auf die Lehen-Stücke** conſentiret **haben /** cum frater nullam ſpem prolis maſculæ haberet. Cui ſalſe ſatis reſpondetur, quod Anno 1665. nondum conſtiterit, an maſcula prole eſſet cariturus.

Tandem 7.) ex confuſione bonorum feudalium cum reliquis, ut qui ſint uniuscujusque partis termini, vix, ac ne vix quidem definiri queat.

Si cui hæ præſumtiones voluntatis ſpecialiſſimæ non ſuffecerint, ſpeciales magis & potentiores forent adferendæ. De præſumtionibus loquor non de probationibus. Hæ verò ſi deficiunt, locus eſt dandus præſumtionibus.

Hæc omnia confirmantur per regulam fundatam Jure expreſſo, quod in quæſtionibus de interpretatione pactorum, interpretatio ſit facienda contra eum qui apertius loqui debuiſſet. Et ne cui in mentem veniat, hanc regulam in fratrem alienatorem retorqueri poſſe, ſciendum eſt, contra eum ſolum valere regulam, qui ex contractu aliquo commodum & utilitatem ſingularem reportare vult, vide Böhmerum ſupra laudatum *in Diſſertat. de interpretatione facienda contra eum qui clarius loqui debuiſſet*, *§. 19.* Et præcipue ubi lis eſt de illa utilitate quam quærere is voluit, ibi *§. 20.* vid. *l. 99. ff. de V. O.* ibi: *Nec rurſus promiſſor ferendus eſt, ſi NB. ejus intererit de certis potius vaſis forte aut hominibus actum.* Non itaque audiendus Actor, ſi ejus intererit de allodiis ſolis, non de feudis, de aliquibus partibus, non de toto corpore actum fuiſſe. Adde in materia feudali ejusdem regulæ adplicationem apud Thomaſ. *Diſputat. de Feudo alienabili §. XIX.* Sane differentia inter partes feudales & totum corpus data non fuit, neque etiam integram ſuam portionem alienavit frater, ſed excepit à venditione feuda Saxonica, in quibus ſucceſſionem nactus eſt Actor.

§. V.

§. V. Venio jam ad adjumenta exceptionis, quorum in enarratione præſumtionum ſpecialium *§. præced.* feci mentionem. Quæ hoc loco non adduco tanquam mihi omnino certa, ſed recenſendo argumenta exceptionum, ut accuratior fiat indagatio.

Eſt autem *Conſuetudo Feudorum Herbipolenſium*, in quibus poſſeſſori Vaſallo liberior competat facultas alienandi, etiam in agnatorum præjudicium, ſine eorum conſenſu. Hanc conſuetudinem allegat pars Rea, quæ, ſi vera eſt & probata, intelligitur multo certius quod fratres in ſuo pacto de Anno 1665. eorumque majores Anno 1610. feudalium bonorum alienationem exceptam non voluerint, ſed conſuetudinem ſuo pacto expreſſo ſaltem approbaverint.

Equidem Wehnerus qui allegatur *in Conſil. Franconico 93. num. 2.* præmiſſâ regula Juris communis de alienatione non permiſſa ita decidit: **Aber von Gewohnheit wegen ſchließe ich dahin / daß die von R. ihren halben Theil / ſonderlich von Noth wegen / zu verſchaffen guten Fug und Macht haben / auch der Herr Biſchoff zu leihen ſchuldig / dann daß ſolcher Gebrauch im Land zu Francken ſey / das iſt nicht allein kundbar / ſondern der Herr Biſchoff zu Würtzburg hat NB. NB. in unterſchiedlichen Rechts-Sachen außtrücklich von ſich geſchrieben / daß des Stiffts Würtzburg *Vaſalli* ihre Lehen-Güther / auch ihren eigenen *Agnatis* zu Gefahr und Nachtheil / doch mit Vorwiſſen eines Regierenden Biſchoffs / ver-**

vermöge des Stiffts Würtzburg Lehen-Gebrauchs/ zu verkauffen guten Fug und Macht haben.

De Feudorum Herbipolenſium natura irregulari circa alienationes, quæ tamen in cæteris regularem naturam obtinere poſſunt, vid. Thomaſ. *Diſſertat. de Feudo alienabili §. XXXV.* Ex auditu commemorat etiam Roſenthalius *cap. 9. concluſ. 58. num. fin.* qui tamen ad eos provocat, qui magis de moribus Herbipolenſibus eſſent informati. Wehnerus verò loco prædicto de confeſſione ipſius Domini Epiſcopi, & de notoria conſuetudine feudali des Stiffts Würtzburg teſtatur. Conferatur in caſu non multum diſſimili Lynckerus *deciſ. 1463.* ubi de probanda conſuetudine ex teſtimonio Doctoris agit.

Non autem eſt ſolus *Wehnerus*, ſed eadem plane quæ ipſe habet, confirmantur teſtimonio multorum Nobilium apud Meichſnerum *tom. 2. lib. 1. deciſ. 1.* in Sachen Roſenau contra Würtzburg *fol. 10. ſeq.* ubi *ex XV. Teſtibus* de antiquis familiis Nobilitatis immediatæ Franconiæ, quarum pleræque adhuc hodiè florent, omnibus etiam Vaſallis Herbipolenſis Curiæ, excepto uno qui tantum de auditu loquitur, reliqui omnes de certa ſua ſcientia teſtantur: Es ſey ein alter Gebrauch inter Nobiles, wann einer ſein Lehen veräußern wolte / ſo muß er zum erſten des Lehen-HerrnBewilligung haben/ darnach daſſelbige den Agnaten anbieten: Wann aber einer ein Lehen einem Fremden

verkaufft / non facta oblatione Agnatis, ſo ſtehe denſelben ihre Forderung bevor / i. e. Retractus, ut ex ſequentibus & cæteris teſtium depoſitionibus liquet: Wann aber nach beſchehenem Anbieten ſie nicht wolten / ſo ſey keiner damit gebunden / ſolches zu verkauffen wem er wolle / cum conſenſu Domini.

Alii dicunt das Anbieten geſchehe nicht ex debito, ſondern ex gratia.

Teſtis 4tus Chriſtoph Henrich von Erthal ita ſeſe explicat *ad Artic. XIII.* Dieſer Gebrauch habe ſolche Würckung / daß wann einer keine Söhne / ſondern allein Töchter hätte / poſſit cum conſenſu Domini feuda alienare, und alſo ſeine Töchter ſo viel deſto ſtattlicher könne außbringen und verheyrathen.

Idem ad Interrogat. 10. ſimultaneam inveſtituram non eſſe in uſu in Franconia, (ſcil. *ad Jus Succeſſionis inter Agnatos adquirendum*) ſed quemlibet pro ſua parte infeudari, quæ feuda ſine conſenſu agnatorum, modo conſenſus Domini accedat, excepto ſi pacta adſint, und da Verkäuffer den Agnaten die Güther aus freyem Willen gönnen wolle.

Plerique teſtes allegant exempla complura ita factæ à Vaſallis Nobilibus feudorum alienationis, neque ab agnatis contradictæ. Teſtis 10. Valentin Truchſes von Henneberg / ex familia Truchſeſſiana derer von Wetzhaußen / allegat exempla plura verkauffter Würtzburgiſcher

ſcher Lehen / dergleichen Alienationes niemals haben widerfochten oder widertrieben werden mögen.

Apud eundem Meichſnerum *dicto tom. 2. lib. 2. deciſ. 1.* in Sachen Schwartzenberg *contra* Seinßheim *fol. 15. ſeq.* alii etiam teſtes partim ex Nobilitate, partim alii, & inter hos Cancellarius Herbipolenſis producuntur, qui ſimilia deponunt, & à Cancellario exemplum alienationis ex Familia Truchſeſſiana allegatur in contradictorio ab Epiſcopo Domino feudi approbatum.

Quanquam verò Meichſnerus in voto ad utrumque caſum ad caſſationem venditionis factæ certo modo concluſerit, non tamen ibidem declaravit quod de veritate dictorum à teſtibus dubitaret, ſed ob concurrentes alias circumſtantias, quod ex ipſius & reliquorum votis liquet apertè, ut adeo non ſatis appoſitè allegetur *Meichſnerus* pro actoris intentione contra *Wehnerum*. Referens ibidem putavit, in caſu de quo tunc agebatur, qui cum noſtro non habet ſimilitudinem, conſuetudinem fuiſſe probandam, vid. *num. 11. in fin. pag. 20. columna 2.* Et porro quantum dubii habuerit Aſſeſſores, an revocari poſſit feudum *pretio non refuſo*, ex votis patet, adeo ut in ſententia omittendum id eſſe voluerint. Quod autem *Meichſnerus* Referens in primo illo caſu Quæſtione: *An eliſa Actio? pag. 19.* ratiocinatur, eſſe conſuetudinem negativam, adeoque opus eſſe ut in contradictorio Judicio firmata ſit, hoc

multas adhuc poteſt habere limitationes, neque hoc requiſitum requiritur juxta multos JCtos. Nimirum quod juxta Cameræ Imperialis praxin etiam extrajudiciales actus ad conſuetudinem probandam ſufficiant, teſtatur Lauterbach. *in Colleg. Pract. tit. de Legib. §. XI.* qui contradictorium Judicium non requirit, conf. Schilter. *Exercitat. ad ff. 2. §. 21.*

Quod verò in §. 3. Pacti von Continuation der geſamten Hand dicitur, id intelligi poteſt commodè, ſalva facultate, in §. 6. expreſsâ, quia alias eſſet contrarietas, i.e. niſi frater vendiderit. Porro, verbis §. 1. erblich und ewiglich cum libera poteſtate fruendi, non videtur congruere Jus aliquod radicatum ſuccedendi & alienationem factam impugnandi, juxta Manticam *de tacit. & ambig. Convention. tom. 2. lib. 23. tit. 24. num. 1.* Adeoque probatum dici poterit, quod in §. 6. Receſſus fraterni, fratres invicem conceſſerint, ſeu potius juxta conſuetudinem omnium Nobilium Vaſallorum Herbipolenſium, & in ſpecie familiæ fratrum A. & B. teſtati ſint, unicuique competere Jus alienandi etiam feuda, neque licere alteri revocare alienationem, quam per viam Retractus, h. e. pretio refuſo, & adimpletis conditionibus quæ alias in Retractu ſunt obſervandæ.

Notandum: *Hæc omnia pro decidenda cauſa non eſſe dicta, ſed ad ulteriorem Actorum inſtructionem à partibus expectandam, in ſpecie de natura feudorum Her-*

*Herbipolenſium in quæſtionibus de facultate alienandi & Jure Agnatorum.*

Poſteaquam ab Anno 1716. Acta deductionibus ulterioribus fuere inſtructa, tandem de actione revocatoria ita cenſuere Domini.

(1.) Verba Pacti diviſorii de Anno 1665. §. 6. non impedire actionem revocatoriam.

(2.) In Feudis propriis, ſucceſſionem Jure ſanguinis ex pacto & providentia majorum deberi actori, A. nunc ejus filiis, etiamſi inveſtitura ſimultanea ei non contigiſſet, multo magis, quia eſſet inveſtitus ſimultaneè. Ea verò quæ de ſimultaneæ inveſtituræ effectu Jure communi (de Saxonica nulla hic eſt quæſtio) tradit Berlich. *part. 2. concluſ. 53. num. 28.* de extraneis, non verò de iis quibus ex pacto & providentia majorum Jus eſt quæſitum, intelligi debere.

(3.) Ad tradita *Wehneri* & *Klockii*, aliorumque conſulentium Advocatorum, qui de conſuetudinibus feudorum à Jure ordinario nimium recedentibus teſtantur, in judicando reſpiciendum non eſſe, ſed certioribus fundamentis inſiſtendum. Quam maximè enim iſti erraverint, exemplum eſt notabile in quæſtione von der Belehnung auf Schild und Helm / vid. *Obſervat. LXXXIV.* & *Conſultat. Forenſ. VIII. Volum. I.* In quæſtione de alienatione feudi, nunc ſatis conſtare, quod in ipſa familia Fratrum A. & B. Anno 1589. alienationi alicujus feudi acriter fuerit contradictum.

ctum. Neque etiam teſtimonia quæ apud *Meichſnerum* reperiuntur ſupra allegata, tunc temporis eam obtinuere fidem.

(4.) Ad exempla plurima alienationum in familia eadem fratrum, reſpondetur: Alias fuiſſe alienationes in agnatum proximum, & has nihil huc facere. Quæ verò factæ ſunt vel in agnatum remotiorem vel in extraneum, non omnes fuiſſe absque contradictione. In nonnullis extitiſſe potuerunt rationes ſpeciales. Et, ſi negotium aliquod absque contradictione fuit transmiſſum, non ſequitur inde argumentum ad excluſionem perpetuam actus poſitivi, in aliis caſibus exercendi, & inter alias perſonas. Imo ipſe Dominus feudi Anno 1687. cum ageretur de emtione des Lehen-Guths Klein-Bardorff/ conſenſum Agnatorum requiſivit.

(5.) De feudis impropriis ſive promiſcuis, gravius fuit dubium contra actorem A. quia filia fratris B. poſt diviſionem plenariam præferenda fuiſſet in ſucceſſione agnatis collateralibus, vid. Merckelbach. apud Klock. *vol. 1. conſil. 7. num. 1002.* cujus ſententiam amplexus eſt Lynckerus *in Analect. ad* Struvii *Syntagm. Jur. Feudal. cap. 9. num. 9.*

(6.) De fructibus perceptis: reſtituendos eſſe victori tradit Struv. *cap. 13. §. 17.* Ratio dubitandi: quod emtor pro malæ fidei poſſeſſore habendus non eſſet, quia tradita fuere bona à venditore cum con-

ſenſu

ſenſu Domini feudi, & confiſus fuit pacto fraterno ſæpius dicto. Quemadmodum ergo bona fides eſt opinio excludens omnem machinationem & dolum, vid. Covarruv. *part. 2. Relect. ad Capit. Poſſeſſor. de Regul. Jur. in 6to. §. 6.* Ita mala fides eſt hujus oppoſitum. Juriſconſulti aliam ſpeciem malæ fidei fecerunt præſumtivam ex Litis conteſtatione, tanquam quaſi contractu, vid. Brunneman. *ad l. 25. de hæred. petit.* Hilliger ad Donell. *lib. 19. cap. 14.* Garſias *de Expenſis cap. 23.* qui ex circumſtantiis moderandam eſſe regulam docet. Non omnis enim, ait *Hilliger*, malæ „fidei reus eſt, qui judicio reali pulſatur. Licet enim „inter litis moras inciperet de Jure ſuo ambigere, mo-„do non certo cognoſcat ſe ſuſcepiſſe litem injuſtam, „nec tunc malæ fidei reus fiet. Tandem officio Judicis quæſtionem hanc permittit: Müller. ad Struv. *tit. de rei vindicat. §. 19. lit. R.* Placuit tamen in caſu præſente regulæ inſiſtere, atque ita concluſum fuit Anno 1733.

Expoſui totius cauſæ rationes potiores, quæ ad exemplum facere poſſunt, alias, ad perſonas pertinentes, recenſere, opus non fuit.

OBSER-

# OBSERVATIO CCLIX.

## *Colonus vel Conductor, quatenus frui poſſit Privilegiis Immunitatis, quæ habet prædii Dominus?*

NOn eſt quæſtio de oneribus realibus, à quibus immunia eſſe prædia, intelligitur. Non etiam de perſonalibus, quæ neque à Domino neque domeſticis exiguntur. Sed de gabellis ſive accifiis, (talliis) in multis regionibus receptis, an ad eas præſtandas teneatur conductor prædii cum ſua familia. Ratio dubitandi: quod tanto utilior poſſit eſſe Domino locatio, ſi etiam conductor ſit immunis.

Non videtur hanc poſtulationem Domini eſſe congruam intentioni concedentis privilegia immunitatis, imò repugnare Juri territoriali Imperii Statuum. Privilegia omnia ſunt Jura ſpecialia contra regulam indulta, ergò ad caſus alios vel perſonas non extendenda.

Frequentes ſunt iſtiusmodi controverſiæ de Colonis vel conductoribus bonorum, quorum Domini ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, Collegia, Monaſteria, vel Ordines Militiæ Eccleſiaſticæ Teutonicorum, vel Melitenſium, qui etiam dicuntur Johanniter. (1) Imperatores Romani conceſſere Collegiis, Monaſteriis, Ordinibus Eccleſiaſticis immunitatem: Legitur quandoque in Privilegiis additum: *& eorum Colonis.* Hos lingua patria diceres Eigenhörige vel Dienſt-Leute/ non

non verò intelliguntur conductores, tanto minus, ſi vinculo ſubjectionis territorialis in regione ubi bona Collegii Eccleſiaſtici ſita ſunt, fuerint adſtricti, vide Cardinalem de Luca *in Theatr. Veritat. & Juſtit. de Regalibus diſcurſ. 53. num. 5.* ad locum *de Vectigalibus*, ubi recenſitis variis colonorum ſpeciebus, ab immunitate excludit omnino colonos laicos, qui prædium ad Eccleſiaſticum Ordinem pertinens conduxerunt pro utilitate propria. Neque eſſe parem rationem *Commendæ*, ſive habitationis perſonæ ordinis, & ædium ſeparatarum, quas inhabitant Laici, idem de Luca *de Judiciis & Foro competent. diſcurſ. 4. num. 9.* adde Menoch. *in Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. caſu 562.* & *de Juriſdict. cap. 27.* Conductor enim propria vocis ſignificatione, *Coloni* nomine exemtus eſſe non poteſt, quia non eſt miniſter vel de familia Domini, ſed pro utilitate ſua re conducta utitur. Commercia exercere poteſt conductor ex frugibus equis, armentis &c.

Quis, quæſo, immunem eſſe cenſeret conductorem talem à receptis in iſtiusmodi genere commerciorum oneribus Domino territorii præſtandis, ideo quod conduxerit prædium cujus dominium eſt Monaſterii vel Collegii exemti. Pluribus in locis ſubditi conductores obligati ſunt etiam ad contributiones præſtandas, von ihrem Gewerb / licet prædium ſit immune. In univerſum, quæſtiones iſtiusmodi ex Jure publico Ger-

maniæ decidendæ ſunt magis quam ex cortice verborum in Privilegiis.

A tempore Friderici I. & II. Imperatorum magna rerum in Germania contigit mutatio. Jura territorialia quantum invaluerint uſu & conſenſu Imperatorum, non eſt ut exponatur pluribus. Proſpexerunt ſibi Status Imperii pactis publicis, ne quidquam fieret contrarium uſui recepto. Qui ergò Privilegia derogantia Juri territoriali Statuum petit & obtinet, videat ipſe quomodo ea tueri poſſit. In Brabanticis regionibus non admitti immunitatem, ne quidem Eccleſiaſticorum bonorum, præter ea quæ fundationi primævæ ſunt connexa, tradit Eſpenius *Jur. Eccleſ. part. 2. tit. 55.* Mores cujusque regionis hic ſunt attendendi, & quid reſpectu uniuscujusque Collegii vel Ordinis ſit receptum. Nos de generali tantum regula diximus, quæ ad ſpecialem hypotheſin, pro re nata & diſtinctis circumſtantiis, adplicari poterit.

(1) Horum Privilegia leguntur *in Collect.* Lünigiana **dem Reichs-** *Archiv Part. ſpecial. & Spicilegiis. rubrica:* **Johanniter-Orden.** Plura de hoc Ordine Militari commentatus eſt Becmannus *in Syntagmate Dignitatum, & Tractatu ſpeciali.*

OBSER-